Duveen (non ha l'ed.
e ha come completa
Rarissima e nominata)
alla bibliografia
114 pag. completo

Duveen pag 29

649

ARTEFII ARABIS PHILOSOPHI

Liber Secretus.

Nec non

Saturni Triſmegiſti, ſiue Fratris Heliæ de Aſſiſio Libellus.

Quorum Primus Magicum ignem omnibus occultatum aperit.

Alter, operandi modum aperte docet.

Quibus acceſſerunt alia nondum impreſſa.

SERENISSIMO PRINCIPI

IOA: GEORGIO TERTIO

Saxoniæ Duci, Iuliæ, Cliuiæ, & montium. Archimareſcallo, & S. R. I. Electori. Turingiæ Landgrauio, Miſniæ Marchioni, nec non Inferioris Superioriſque Luſatiæ. Burgrauio Madburgi, Comiti, Principique Hannebergiæ, Comitis Marchiæ, Raresberghæ, & Barbij, Domino in Reueſtein &c. D.D.D.

UNDIQUE

FRANCFVRTI.

Apud Ienniſium Anno 1685.

SERENISSIME PRINCEPS.

E Tenebris auulſa veritas, Soli digne venit dicanda. Longe, lateque diffuſi ſunt ita radij tuæ Serenitatis, & Celſitudinis, vt admirationem potius, quam humanas exigunt laudes. Tuæ benignitatis auſpicijs, Inuictiſsime Princeps rediuiuæ ſub prælo reſurgunt mortuorum memoriæ, vt ſciat orbis, te omni virtute præditum, poſſe vel temporis iniuria extinctos viuificare.

Perbelle ſummas hic tuas laudes prætereo; inane eſt cogitatum, paruis obſignare pagellis, tua glorioſis actibus referta opera, quæ vniuerſum implere valent. Volat tuæ Gloriæ Fama per oras, quæ in omnium poſita ore, æternitati fanum ædificant. In te oſculatæ Bellona & Pallas, docuerunt homines, in vero Principe, Thronum poſſe inſtituere arma, & virtutes. Vale Sereniſsime Princeps, immortalis Heros, cui Deus, ad hominum delitias & iuuamen, Neſtoris annos concedat.

Francfurti 3. Ianuarij 1685.

T. Celſitudinis

Humillimus, addictiſſimus ſeruus
I. B. C. V.

AD

AD LECTOREM.

QVanta ſit Arteſij dignitas, amice Lector, ex Ioannis Pontani ſequenti Epiſtola non te latebit. Hanc, ſtudio inſerendam in principio decreuimus, vt ſcias, te ſine intellectu tanti Philoſophi, optatum non poſſe finem attingere. Omnes Sophi totis viribus arcanum ignis celarunt, quod ſolus Arteſius aperuit; ſine cuius lectura, faſſus eſt Pontanus, ad artem poſſe neminem peruenire. Eo duce ipſe peruenit, fuitque optatum finem adeptus. Qui poſtea fidelem ſcripſit Epiſtolam, qua ſola, omnium

Adeptorum conſenſu, eſt dictus ſummus Philoſophus. Amice, hanc Epiſtolam cum Arteſio ignem docente conferas, & lux tibi erit obuia, in quo olim oculi caligauerunt; Qui alium arcanum maximum adhuc ignotum conſpicient. Hanc notitiam comendatam habe, quæ te plura docebit ſi Altiſſimus, velamen oculis tuis non ingeret. Vale.

E. O.

EPISTOLA

IOANNIS PONTANI
Summi Philoſophi, in qua de Lapide quem Philoſophorum vocant agitur.

EGo Iohannes Pontanus multa perluſtraui regiones, vt certum quid de Lapide Philoſophorum agnoſcerem, & quaſi totum mundum ambiens, deceptores falſos inueni, & non philoſophos, ſemper tamen ſtudens, & multipliciter dubitans veritatem inueni. Sed cum materiam agnoſcerem, ducenties erraui, antequam veram materiam, operationem & practicam inueniſſem. Primò materiæ operationes, & putrefactiones nouem menſibus cœpi, & nihil inueni: etiam in Balneo Mariæ per tempus aliquod poſui & ſimiliter erraui. Enim verò in calcinationis igne tribus menſibus poſui, & malè operatus ſum: Omnia diſtillationum & ſublimationum genera,

prout dicunt, ſeu dicere videntur Philoſophi, ſicut Geber, *Archelaus, & alij ferè omnis tractaui & nihil inueni. Denique ſubiectum totius artis Alchemiæ omnibus modis qui excogitandi ſunt, & qui fiunt per fimum, balneum, cineres, & alios ignes multiplicis generis, qui tamen in Philoſophorum libris inueniuntur perficere tentaui, ſed nihil boni reperi. Quapropter annis tribus continuis Philoſophorum libris ſtudui, in ſolo præſertim Hermete, cuius verba breuiora totum comprehendunt, licet obſcurè loquatur de ſuperiore & inferiore, de cœlo & terra.* * *Noſtrum igitur inſtrumentum, quod materiam ducit in eſſe, in primo, ſecundo & tertio opere, non eſt ignis balnei, neque fimi, neque Cinerum, neque aliorum ignium quos Philoſophi in libris ſuis poſuerunt. Quis igitur ignis ille eſt, qui totum perficit opus à principio vſque in finem? certè Philoſophi eum celauerunt, ſed ego pietate motus,*

---

* Ignis Ph. qui totum perficit opus.

motus, eum vobis vnà cum complemento totius operis declarare volo.

Lapis ergo Philoſophorum vnus eſt, ſed multipliciter nominatur, & antequam agnoſcas erit tibi difficile. Eſt enim aqueus, aereus, igneus, terreus, phlegmaticus, cholericus, ſanguineus, & melancholicus. Eſt ſulphureus, & ſimiliter argentum viuum, & habet multas ſuperfluitates, quæ per Deum viuum conuertuntur in veram eſſentiam mediante igne noſtro. Et qui aliquid à ſubiecto ſeparat putans id neceſſarium eſſe, is profectò in Philoſophia nihil nouit, quia ſuperfluum, immundum, turpe, fœculentum & tota denique ſubſtantia ſubiecti perficitur in corpus ſpirituale fixum, mediante igne noſtro. Et hoc ſapientes nunquam reuelarunt: propterea pauci ad artem perueniunt, putantes aliquid tale ſuperfluum & immundum debere ſeparari.

Nunc oportet elicere proprietates ignis noſtri, & an conueniat noſtræ materiæ ſecundùm eum quem dixi modum ſcilicet vt transmutetur,

tur, cum ignis ille non comburat materiam, nihil de materia ſeparet, non ſegreget partes puras ab impuris (vt dicunt omnes Philoſophi) ſed totum ſubiectum in puritatem conuertit, non ſublimat ſicut Geber ſuas ſublimationes facit (ſimiliter & Arnoldus & alij de ſublimationibus & deſtillationibus loquentes) inque breui tempore perficit.

Mineralis eſt, æqualis eſt, continuus eſt, non vaporat niſi nimium excitetur, de ſulphure participat, aliundè ſumitur quàm à materia, omnia diruit, ſoluit, & congelat, & eſt artificialis ad inueniendum, eſt compendium ſine ſumptu aliquo ſaltem paruo: & ille ignis eſt cum mediocri ignitione, quia cum remiſſo igne totum opus perficitur, ſimulque omnes debitas ſublimationes facit. Qui Gebrum legerent, & omnes alios philoſophos, ſi centum millibus annorum viuerent non comprehenderent, quia per ſolam & profundam cognitionem ignis ille reperitur, tunc verò*

* Cum remiſſo igne opus Ph. perficitur.

verò poteſt in libris comprehendi & non prius.

Error igitur iſtius artis eſt, non reperire ignem qui totam materiam conuertit iu verum lapidem Philoſophorum. Studeas igitur igni, quia ſi ego hunc primo inueniſſem, non erraſſem ducenties in practica ſuper materiam. Propterea non miror, ſi tot & tanti ad opus nō peruenerunt. Errant, errauerunt, errabunt, eò quod proprium agens non poſuerunt Philoſophi excepto vno, * qui Artephius nominatur, ſed pro ſe loquitur. Et niſi Artephium legiſſem, & loqui ſenſiſſem, nunquam ad complementum operis perueniſſem.

Practica verò hæc eſt. Sumatur & diligenter quam fieri poteſt teratur contritione phyſica, & ad ignem dimittatur, igniſque proportio ſciatur, ſcilicet, vt tantùmmodò excitet materiam, & in breui tempore ignis ille abſque alia manuum appoſitione de certo totum opus complebit,

* Artephius Ph. propium agens lapidis poſuit.

quia putrefaciet corrumpet, generabit, & perficiet, & tres faciet apparere colores principales, nigrum, album & rubeum. Et mediante igne noſtro multiplicabitur medicina, ſi cum cruda coniungatur materia, non ſolùm in quantitate, ſed etiam in virtute.

Totis igitur viribus hunc ignem inquirere ſcias & ad ſcopum peruenies quia totum facit opus, & eſt clauis omnium Philoſophorum, quam nunquàm reuelauerunt. Sed ſi benè & profundè ſuper predicta de proprietatibus ignis cogitaueris, ſcies, & non aliter. Pietate ergò motus hæc ſcripſi, ſed vt ſatisfaciam, ignis non transmutatur cum materia, quia non eſt de materia, vt ſupra dixi.

Hæc igitur dicere volui, prudenteſque admonere ne pecunias ſuas inutiliter conſumant, ſed ſciant quid inquirere debeant: eo modo ad artis veritatem peruenient & non aliter. Vale.

ARTEFII PHILOSOPHI

Liber Secretus.

ANtimonium eſt de partibus Saturni, & in omnibus modis habet naturam eius, & Antimonium Saturninum conuenit ſoli, & in eo eſt Argentum viuum in quo non ſubmergitur aliquod metallum niſi Aurum, ideſt Sol ſubmergitur vere tantum in Argento viuo Antimoniali, Saturniali, & ſine illo Argento viuo aliquod metallum dealbari non poteſt. Dealbat ergo Latonem, ideſt aurum, & reducit corpus perfectum in ſuam pri-

primam materiam, ideſt in Sulfur, & Argentum viuum albis coloris, & pluſquam ſpeculum ſplendentis. Diſſoluit (inquam) corpus perfectum quod eſt de ſua natura, nam illa aqua eſt amicabilis, & metallis placabilis, dealbans Solem, quia continet Argentum viuum album, Et ex hoc vtique, maximum elicias ſecretum, videlicet, quod Aqua Antimonij Saturnini debet eſſe Mercurialis, & alba vt dealbet Aurum, non vrens ſed diſſoluens, & poſtea ſe congelans in formam cremoris albi. Ideo dicit Philoſophus, quod aqua iſta facit corpus volatile, propterea quod, poſtquam in ha c aqua diſſolutum fuerit, & infrigidatum, aſcendit ſuperius in ſuperficiæ aquæ. Recipe (inquit) Aurum crudum foliatum, vel lamellatum, vel calcinatum per Mercurium, & ipſum pone in aceto noſtro Antimoniali, Saturniali, & Salis Armoniaci (vt dicitur) in vaſe vitreo lato, & alto quatuor digitorum, vel plus, & dimitte ibi in calore temperato, & videbis bre-

breui tempore eleuari quaſi liquorem olei deſuper natantem in modum pelliculæ. Collige illud cum cocleari, vel penna intingendo, & ſic pluribus vicibus in die collige, donec nihil amplius aſcendat, & ad ignem facies euaporare aquam, ideſt ſuperfluam humiditatem aceti, & remanebit tibi quinta eſſentia auri in modum olei albi incombuſtibilis, in quo oleo Philoſophi poſuerunt maxima ſecreta, & hoc oleum habet dulcedinem maximam, atque valet ad mitigandos dolores vulnerum.

Eſt igitur totum ſecretum iſtius ſecreti antimonialis vt per hoc ſciamus extrahere argentum viuum de corpore magneſiæ non vrens, & hoc eſt Antimonium, & ſublimatum mercuriale, ideſt oportet extrahere vnam aquam viuam incombuſtibilem, dein illam congelare cum corpore perfecto ſolis, quod inibi diſſoluitur in naturam, & ſubſtantiam albam congelatam, ac ſi eſſet cremor, & totum deueniat album. Sed prius ſoliſte in ſua putrefatione, & reſolutio-

ne

ne in hac aqua, in principio amittet lumen ſuum, obſcurabitur, & nigreſcet, demum eleuabit ſe ſuper aquam, & paulatim illi albus ſupernatabit color in ſubſtantiam albam. Et hoc eſt dealbare latonem rubeum, eum ſublimare philoſophice, & reducere in ſuam primam materiam, ideſt in ſulphur album incombuſtibile, & in argentum viuum fixum: & ſic humidum terminatum, ideſt aurum, corpus noſtrum per reiterationem liquefactionis in aqua noſtra diſſolutiua, conuertitur, & reducitur in ſulphur, & argentum viuum fixum, & ſic corpus perfectum ſolis accipit vitam in tali aqua, viuificatur, inſpiſſatur, creſcit, & multiplicatur in ſua ſpecie ſicut res ceteræ. Nam in ipſa aqua corpus ex duobus corporibus ſolis, & lunæ, fit vt inſletur, tumeat, ingroſſetur, eleuetur, & creſcat accipiendo ſubſtantiam, & naturam animatã, & vegetabilem.

Noſtra enim aqua ſeu acetum ſupradictum eſt acetum montium, ideſt ſolis, & lunæ, & ideo miſce-

ſcetur ſoli, & lunæ, illiſque adheret in perpetuum, ac corpus ab illa recipit tincturam albedinis, ac ſplendet cum ea fulgore ineſtimabili. Qui ſciuerit igitur conuertere corpus in argentum album medicinale, facile deinde poterit conuertere per iſtum aurum album omnia metalla imperfecta in optimum argentum fixum, & iſtud aurum album dicitur à Philoſophis luna alba Philoſophorum, argentum viuum album fixum, aurum Alchimiæ, & fumus albus. Ergo ſine aceto noſtro antimoniali aurum album Alchimiæ non fit. Et quia in aceto noſtro eſt duplex ſubſtantia argenti viui, vna ex Antimonio, altera ex mercurio ſublimato, & ideo dat duplex pondus, & ſubſtatiam argenti viui fixi, & etiam augmentat in eo ſuum natiuum calorem, pondus, ſubſtantiam, & tincturam.

Noſtra igitur aqua diſſolutiua portat magnam tincturam, magnamque fuſionem, propterea quòd quando ſentit ignem communem, & in ea eſt corpus perfectum ſolis

vel

vel lunæ , ſubito illud fundi facit, & liquefieri , & conuerti in ſuam ſubſtantiam albam vt ipſa eſt, & addit colorem, pondus, & tinturam corpori . Eſt etiam ſolutiua omnium liquabilium & eſt aqua ponderoſa, viſcoſa , prætioſa , & honoranda reſoluens omnia corpora cruda in eorum primam materiam hoc eſt in terram & puluerem viſcoſum , idem in ſulfur & argentum viuum. Si ergo poſueris in illa aqua quodcumque metallum limatum vel attenuatum & dimittas per tempus in calore leui diſſoluetur totum, & vertetur in aquam viſcoſam, ſiue oleum album vt dictum eſt . Et ſic mollificat corpus , & præparat ad fuſionem , & liquefactionem, imo facit omnia fuſibilia , ideſt lapides, & metalla , & poſtea illis dat ſpiritum & vitam . Diſſoluit ergo omnia ſolutione mirabili conuertens corpus perfectum in medicinam fuſibilem , fundentem , penetrantem , & magis fixam , augensp ondus & colorem .

Operare ergo cum ea , & conſequeris quod deſideras ab ea , Nam

eſt

eſt ſpiritus & anima ſolis & lunæ, oleum, & aqua diſſolutiua, fons, balneum mariæ, ignis contra naturam, ignis humidus, ignis ſecretus, occultus, & inuiſibilis, atque acetum acerrimum de quo quidam antiquus Philoſophus dicit, Rogaui Dominum, & oſtendit mihi aquam nitidam, quam cognoui eſſe purum acetum alterans, penetrans, & digerens. Acetum (inquam) penetratiuum, & inſtrumentum mouens ad putrefaciendum, reſoluendum, & reducendum aurum vel argentum in ſui primam materiam, & eſt vnicum agens in toto mundo & in hac arte, quod ſcilicet poteſt reſoluere, & incrudare corpora metallica ſub conſeruatione ſuæ ſpeciei eſt igitur medium aptum & naturale, per quod debemus reſoluere corpora perfecta ſolis & lunæ mirabili, & ſolemni ſolutione ſub conſeruatione ſuæ ſpeciei, & abſque vlla deſtructione niſi ad nouam, nobiliorem, & meliorem formam, ſiue generationem, ſcilicet in lapidem perfectum philoſophorum, quod eſt ſecretum, & arcanum mira-

rabile. Eſt autem aqua illa, media quædam ſubſtantia, clara vt argentum purum, quod debet recipere tincturam ſolis & lunæ, vt congeletur & conuertatur in terram albam viuam. Iſta enim aqua eget corporibus perfectis, vt cum illis poſt diſſolutionem congeletur, fixetur, & coaguletur in terram albam. Solutio autem eorum eſt, etiam congelatio eorum, nam vnam, & eandem habet operationem, quia non ſoluitur vnum, quin congeletur, & alterum, nec eſt alia aqua quod poſſit diſſoluere corpora, niſi illa quod permanet cum eis, in materia & forma, imo permanens eſſe non poteſt niſi ſit ex alterius natura, vt fiant ſimul vnum. Cum videris igitur aquam coagulare ſe ipſam cum corporibus in ea ſolutis, ratus eſto ſcientiam metodum, & operationes tuas eſſe veras, ac philoſoficas, teque recte in arte procedere iſta.

Ergo natura emendatur in ſua conſimili natura, ideſt aurum, & argentum in noſtra aqua emendantur, & aqua etiam cum ipſius corpo-

po-

poribus, quæ etiam dicitur medium animæ, ſine quo nil agere poſſumus in arte iſta; & eſt ignis vegetabilis, animalis, & mineralis, conſeruatiuus, ſpiritus fixi ſolis, & lunæ, deſtructor corporum, ac victor, quia deſtruit, diruit, atque mutat corpora, & formas metallicas, facitque illa non eſſe corpora, ſed ſpiritum fixum, illaque conuertit in ſubſtantiam humidam, mollem, & fluidam, habentem ingreſſum, ac virtutem intrandi in alia corpora imperfecta, & miſceri cum eis per minima, & illa tingere, & perficere, quòd quidem non poterant cum eſſent corpora metallica ſicca, & dura, quæ non habent ingreſſum, neque virtutem tingendi, & perficiendi imperfecta. Bene igitur corpora conuertimus in ſubſtantiam fluidam; quia vnaqueque tinctura plus in milleſima parte tingit in liquida ſubſtantia, & molli quam in ſicca, vt patet de croco. Ergo traſmutatio metallorum imperfectorum eſt impoſſibilis fieri per corpora perfecta

ſic-

ſicca, niſi prius reducantur in primam materiam mollem, & fluidam. Ex his oportet quod reuertatur humidum, & reueletur abſconditum. Et hoc eſt reincrudare corpora, ideſt decoquere, & mollire donec priuentur corporeitate dura, & ſicca; quia ſiccum non ingreditur, nec tingit niſi ſeipſum. Corpus igitur ſiccum terreum non tingit niſi tingatur, quia (vt dictum eſt) ſpiſſum terreum non ingreditur, nec tingit, quia non intrat, ergo non alterat. Non idcirco tingit aurum, donec ſpiritus eius occultus extrahatur à ventre eius per aquam noſtram albam, & fiat omnino ſpiritualis, & albus fumus, albus ſpiritus, & anima mirabilis.

Quare debemus per aquam noſtram perfecta corpora attenuare, alterare, & mollificare, vt deinde miſceantur ceteris corporibus imperfectis. Vnde ſi aliud beneficium non haberemus ab illa aqua antimoniali niſi quod reddit corpora ſubtilia, mollia, & fluida ad ſui naturam, ſufficeret nobis.

Nam

Nam reducit corpora ad primam originem ſulfuris , & mercurij , vt ex his poſtea in breui tempore minus quam in hora diei faciamus ſuper terram , quod natura operata eſt ſubtus in mineris terræ in mille annis , quod eſt quaſi miraculoſum . Eſt igitur noſtrum finale ſecretum per aquam noſtram corpora facere volatilia , & ſpiritualia , & aquam tingentem habentem ingreſſum . Facit enim corpora merum eſſe ſpiritum , quia incerat corpora dura , & ſicca , & præparat ad fuſionem , ideſt conuertit in aquam permanentem . Facit ergo ex corporibus oleum pretioſum , benedictum , quod eſt vera tinctura , & aqua permanens alba , de natura calida , & humida , temperata , ſubtili , & fuſibili vt cera , quod penetrat , profundat , tingit , & perficit . Aqua ergo noſtra incontinenti ſoluit aurum , & argentum , & facit oleum incombuſtibile , quod tunc poteſt commiſceri alijs corporibus imperfectis . Nam aqua noſtra conuertit corpora in naturam ſalis fuſibilis ,

bilis , quod dicitur ſal albrot Philoſophorum,omnium ſalium melior , & nobilior , in regimine fixus , non fugiens ignem , & ipſe quidem eſt oleum de natura calida , ſubtilis , penetrans , profundans , & ingrediens dictum elixir completum . Et eſt ſecretum occultum ſapientum . Qui ſcit ergo hunc ſalem ſolis , & lunæ , & eius generationem , ſiue præparationem, & poſtea ipſum commiſcere , & amicari ceteris corporibus imperfectis , ſcit vnum de ſecretis naturæ maximum , & viam perfectionis vnam.

Hæc corpora ſic ſoluta per aquam noſtram dicuntur argentum viuum , quod non eſt ſine ſulfure, nec ſulfur ſine natura luminarium quia luminaria ſunt principalia, media in forma , per quæ natura, tranſit perficiendo , et complendo ſuam generationem , & iſtud argentum viuum vocatur ſal animatum , & prægnans, & ignis , cum non ſit niſi ignis , nec ignis niſi ſulfur, nec ſulfur niſi argentum viuum, extractum à ſole , & luna per aquam

no-

noſtram, & reductum in lapidem alti prætij, idem erit materia alterata luminarium, & mutata de vilitate in nobilitatem. Nota quod ſulfur illud album eſt pater metallorum, ac mater illorum. Mercurius noſter eſt minera auri, & anima, & fermentum, & virtus mineralis, & corpus viuum, & medicina perfecta, & ſulfur, & argentum viuum noſtrum, ſcilicet ſulfur de ſulfure, & argentum viuum de argento viuo, & mercurius de mercurio. Proprietas ergo aquæ noſtræ eſt quod liquefacit aurum, & argentum, & augmentat in eis natiuum calorem. Conuertit etiam corpora à corporeitate ad ſpiritualitatem, & ipſa eſt quod immittit in corpus fumum album, quod eſt anima alba, ſubtilis, calida multæ igneitatis. Hæc aqua etiam dicitur lapis ſanguinaris, eſt etiam virtus ſpiritualis ſanguinis, ſine quo nihil fit. Et ſubiectum omnium liquabilium, & liquefactionis, quod multum ſoli & lunæ conuenit, & adheret, nec ſeparatur ab eis ſemper. Eſt ergo aſ-

finis ſoli, & lunæ, ſed magis ſoli quam lunæ, nota bene. Dicitur etiam medium coniungendi tinturas ſolis & lunæ cum metallis imperfectis, nam illa aqua conuertit corpora in veram tinturam ad tingenda reliqua imperfecta. Et eſt aqua quod dealbat vt eſt alba, quod viuificat vt eſt anima, & ideo cito corpus ſuum ingreditur ait Philoſophus. Nam eſt aqua viua, quæ venit irrigare ſuam terram vt germinet & fructum producat in tempore ſuo, nam ex roratu omnia generantur ex terra naſcentia: Terra ergo non generat abſque irrigatione, & humiditate, Aqua roris maij ipſa abluit corpora, tanquam pluuiali, penetrat & dealbat, ac facit corpus nouum ex duobus corporibus. Aqua illa vitæ gubernata cum corpore ipſum dealbat conuertens ipſum in ſuum colorem album. Illa namque aqua fumus àlbus eſt, ideo cum illa dealbatur corpus. Oportet ergo dealbare corpus & rumpere libros, & inter illa duo, ideſt inter corpus & aquam eſt libido & ſocietas, vt

maris

maris, & fæminæ propter naturæ ſimilis propinquitatem. Nam aqua noſtra viua ſecunda dicitur Azot abluens Latonem, ideſt corpus compoſitum ex ſole & luna per aquam noſtram primam, dicitur etiam anima corporum ſolutorum quorum animas cum ſemel ligauimus; vt ſeruiant ſapientibus. Quantum ergo prætioſa & magnifica eſt hæc aqua, namque abſque illa opus non poteſt perfici: Dicitur etiam vas naturæ vterus matrix, receptaculum tinturæ, terra, & nutrix. Et eſt fons in quo ſe lauant Rex, & Regina, & mater quam oportet ponere, & ſigillare in ventre ſui infantis qui eſt ſol, qui ab ea proceſſit, & ipſum parturit, ideo ſe ſe mutuo amant, & diligunt, vt mater & filius, & coniunguntur ſimul, quoniam ab vna & eadem radice venerunt, & eiuſdem ſubſtantiæ & naturæ. Et quoniam aqua iſta eſt aqua vitæ vegetabilis, ideo ipſa dat vitam, & facit vegetare, creſcere, & pullulare ipſum corpus mortuum, & ipſum reſuſcitare de morte ad vitam, ſolutione, & ſublimatione,

& in tali operatione vertitur corpus in ſpiritum, & ſpiritus in corpus, & tunc forte eſt amicitia, pax, concordia, & vnio contrariorum, ideſt corporis, & ſpiritus, qui mutant inuicem naturas ſuas quas recipiunt, & ſibi cõmunicant per minima, ſic quod calidum miſcetur frigido, & ſiccum, humido, & durum molli, & hoc modo fit mixtio naturarum contrariarum, frigidi ſcilicet cum calido mercurio. Noſtra ergo diſſolutio corporum quod fit in tali prima aqua non eſt, niſi mortificatio humidi cum ſicco, humidum vero coagulatur per ſiccum, quia humiditas tantum ſiccitate continetur, terminatur aut coagulatur in corpus ſiue in terram. Corpora igitur dura & ſicca ponantur in noſtra prima aqua, in vaſe bene clauſo, ibi maneant donec ſoluentur, & aſcendant in altum, quod tunc dici poſſunt nouum corpus, aurum album Alchimiæ, & lapis albus, & ſulfur album non vrens, & lapis paradiſi, hoc eſt conuertens metalla imperfecta in argentum album finum. Tunc etiam habe-

bemus ſimul, corpus, animam, & ſpiritum, de quo ſpiritu & anima dictum eſt, quod non poſſunt extrahi à corporibus perfectis niſi per coniunctionem noſtræ aquæ diſſolutiuæ, quia certum eſt quod res fixa non poteſt eleuari niſi per coniunctionem rei volatilis. Spiritus igitur mediante aqua & anima ab ipſis corporibus extrahitur, & redditur corpus, non corpus, quia ſtatim ſpiritus cum anima corporum ſurſum aſcendit in ſuperiori parte, quod eſt perfectio lapidis, & vocatur ſublimatio. Hæc ſublimatio inquit Florentius Catalanus fit per res acidas ſpirituales volatiles, quæ ſunt de natura ſulfurea, & viſcoſa, quæ diſſoluunt & faciunt eleuari corpora in aerem, & ſpiritum. Et in hac ſublimatione pars quædam dictę aquæ primæ aſcendit cnm corporibus ſimul coniungendo ſe, aſcendendo, & ſublimando in vnam mediam ſubſtantiam, quæ tenet de natura duorum, ſcilicet corporum & aquæ, proinde dicitur corporale & ſpirituale compoſitum, Corſufle, Cambar, Ete-

 lia,

lia, Zandarit, Duenech bonus, ſed proprie tantum nominatur aqua permanens quia non fugit in igne, perpetuo adherens corporibus commiſtis, ideſt ſoli & lunæ, illiſque communicans tincturam viuam incombuſtibilem, ac firmiſſimam, precedenti, nobiliorem, & prætioſiorem, quam poteſt currere deinch hæc tinctura ſicut oleum, omnia perforando, & penetrando cum fixione mirabili, quoniam hæc tinctura eſt ſpiritus, & ſpiritus eſt anima, & anima corpus. Quia in hac operatione corpus efficitur ſpiritus de natura ſubtiliſſima, & pariter ſpiritus incorporatur & fit de natura corporis cum corporibus, & ſic lapis noſter continet corpus, animam, & ſpiritum.

O natura, quomodo vertis corpus in ſpiritum, quod non fieret ſi ſpiritus non incorporaretur cum corporibus, & corpora cum ſpiritu fierent volatilia, & poſtea permanentia. Tranſiuit igitur vnus in alterum, & ſeſe inuicem connexi ſunt per ſapientiam. O ſapientia quomodo facis aurum eſſe volatile

ac

ac fugitiuum etiam ſi naturaliter firmiſſimum eſſet. Oportet ergo diſſoluere & liquefacere corpora iſta per aquam noſtram, & illa facere aquam permanentem, aquam auream ſublimatam, relinquendo in fundo, groſſum tenebroſum, & ſuperfluum ſiccum. Et in iſta ſublimatione ignis debet eſſe lentus, quia ſi per hanc ſublimationem in igne lento corpora purificata non fuerint, & groſſiores eius partes (nota bene) terreſtræ ſeparatæ à mortui immunditia, impedieris quo minus ex his poſſis perficere opus. Non indiges etiam niſi tenui & ſubtili natura corporum diſſolutorum, quam tibi dabit aqua noſtra ſi lento igne procedis ſeparando eterogenea ab Homogeneis. Recipit ergo compoſitum mundationem per ignem noſtrum humidum, diſſoluendo ſcilicet & ſublimando quod purum & album eſt, eiectis fęcibus, vt vomitus qui ſponte fit (inquit Azinabam.) Nam in tali diſſolutione, & ſublimatione naturali ſit elementorum deligatio, mundificatio, & ſeparatio puri ab impuro, ita vt pu-

rum & album aſcendat ſurſum, & impurum & fixum remaneat in fundo vaſis & aquæ, quod eſt dimittendum, & remouendum, quoniam nullius eſt valoris, recipiendo ſolum mediam ſubſtantiam albam fluentem, & fundentem, & dimittendo terram fęculentam, quæ remanſit inferius in fundo ex parte precipuæ aquę, quod eſt ſcoria & terra damnata, quod nihil valet, nec aliquid boni preſtare poteſt vt illa clara materia alba, pura, & nitida quam ſolam debemus accipere. Et ad hunc Caphareum ſcopulum ſæpe numero nauis atque ſcientia diſcipulorum Philoſophiæ [vt mihi etiam aliquando accidit] imprudentiſſime colliditur. Quia Philoſophi ſępiſſime contrarium aſſerunt, nempe nihil remouendum pręter humiditatem; ideſt nigredinem, quod tantum dicunt ac ſcribunt, vt poſſint decipere incautos, qui abſque magiſtro aut indefaticabili lectura, & oratione ad Deum omnipotētem aureum hoc vellus auellere cupiunt.

Notate igitur quod ſeparatio, diuiſio, ac ſublimatio iſta, abſque du-

dubio eſt clauis totius operis, Igitur poſt putrefactionem, & diſsolutionem horum corporum, corpora noſtra ſe eleuant in altum vſque ad ſuperficiem aquæ diſſoluentis, in colorem albedinis, & hæc albedo eſt vita, nam in illa albedine, anima antimonialis, & mercurialis infunditur cum ſpiritibus Solis, & Lunæ nutu naturæ quæ ſeparat ſubtile à ſpiſſo, & purum ab impuro, eleuando paulatim partem ſubtilem corporis à ſuis fæcibus, donec totum purum ſeparetur, & eleuetur. Et in hoc completur noſtra ſublimatio Philoſophica, & naturalis, & cum hac albedine infuſa eſt in corpore anima, ideſt virtus mineralis, quod ſubtilior eſt igne, cum ſit vera quintaeſſentia, & vita, quod naſci appetit, & ſeſe expoliari à groſſis fęcibus terreſtribus, quod illi aduenerant ex parte mēſtrualis & corruptionis. Et in hoc eſt noſtra Philoſophica ſublimatio non in vulgari iniquo Mercurio, qui nullas habet qualitates ſimiles illis quibus ornatur mercurius noſter extractus a ſuis cauernis vitriolicis. Sed re-

deamus ad ſublimationem. Certiſſimum igitur eſt in arte iſta quod anima hæc extracta à corporibus eleuari non poteſt niſi per appoſitionem rei volatilis, quæ eſt ſui generis, per quam corpora redduntur volatilia, & ſpiritualia, ſe ſe eleuando, ſubtiliando, & ſublimando contra naturam propriam corpoream, grauem & ponderoſam, & hoc modo fiunt non corpora, & quintaeſſentia de natura ſpiritus, quæ vocatur Auis Hermetis, & Mercurius extractus à ſeruo rubeo & ſic remanent inferius partes terreſtres, aut potius groſſiores corporum, quod perfectiſſime non poſſunt ſolui vllo ingeniorum modo. Et fumus ille albus, album illud aurum, ideſt hæc quintaeſſentia dicitur, & magneſia compoſita quæ continet vt homo, vel compoſita eſt vt homo, ex corpore, anima, & ſpiritu. Corpus eius eſt terra ſolaris fixa pluſquam ſubtiliſſima per vim aquæ noſtræ diuinæ ponderoſiter eleuata. Anima eius eſt tinctura ſolis & lunæ, procedens ex comunicatione horum duorum. Spiritus noſter eſt virtus mine-

neralis arborum, & aquæ quæ defert animam ſiue tincturam albam ſuper corpora, & ex corporibus, ſicut portatur tinctura tintorum per aquam ſuper pannum. Et ille ſpiritus mercurialis eſt; vinculum anime ſolaris, & corpus ſolare eſt corpus fixionis continens cum luna ſpiritum & animam; Spiritus ergo penetrat, corpus figit, anima copulat tingit, & dealbat. Et ex his tribus ſimul vnitis fit lapis noſter ideſt, ex ſole, luna, & mercurio. Cum ergo aqua noſtra aurea extrahitur natura omnem ſuperans naturam, ideoque niſi corpora per hanc aquam deſiccantur, imbibantur, terantur, parce, & diligenter regantur, donec ab ſpiſſitudine abſtrahantur, & in tenuem ſpiritum, & impalpabilem vertantur, vacuus eſt labor, quia niſi corpora vertantur in non corpora, ideſt in mercurium Philoſophorum, nondum operis regula eſt inuenta, & illud, quoniam impoſſibile eſt illam tenuiſſimam animam omnem in ſe tincturam habentem à corporibus extrahere niſi prius reſoluantur

in aqua noſtra ; Solue ergo corpora in aurea aqua , & decoque quouſque tota egrediatur tinctura per aquam in colorem album , ſiue in oleum album , cumque videris illam albedinem ſuper aquam , ſcias tunc corpora eſſe liquefacta ; Continua ergo decoctionem , donec pariant nebulam quam conceperunt tenebroſam , nigram , & albam ; Pone ergo corpora perfecta in aqua noſtra in vaſe hermetice ſigillato ſuper ignem lenem , & coque continuo donec perfecte reſoluantur in oleum pretioſum . Coque inquit Adfar igne leui ſicut per ouorum nutritionem , donec ſoluantur corpora , & eorum tinctura coniunctiſſima (nota) extrahatur.

Non autem extrahitur tota ſimul, ſed parum ad parum egreditur omni die , omni hora , donec in longo tempore compleatur huiuſmodi ſolutio , & quod ſoluitur ſemper petit ſuperius . Et in tali diſſolutione ſit ignis leuis & continuus , donec in aquam viſcoſam ſoluantur impalpabilem , & tota egrediatur tinctura in colore nigredinis primum ,

quod

quod eſt ſignum veræ ſolutionis. Continua deinde decoctionem quouſque fiat aqua permanens alba, quia in ſuo regens balneo fit poſtea clara, & tandem deueniet ſicut argentum viuum vulgare, ſcandens per aera ſuper aquam primam viſcoſam, ſcias tunc corpora eſſe conuerſa in vaporem, & te habere animas à corporibus mortuis ſeparatas, & in ſpirituum ordinem ſublimatione delatas, vnde ambo cum parte noſtræ aquæ factæ ſunt ſpiritus in aera ſcandentes, ibique corpus compoſitum ex mare, & femina, ex ſole, & luna, & ex illa ſubtiliſſima natura mundata per ſublimationem accipit vitam, inſpiratur à ſuo humore, ideſt à ſua aqua, ſicut homo ab aere, quare multiplicabitur deinceps ac creſcet in ſua ſpecie ſicut res cæteræ. In tali ergo eleuatione, & ſublimatione phiſica coniunguntur omnes ad inuicem, & corpus nouum inſpiratum ab aere viuit vegetabiliter, quod eſt miraculoſum. Quare niſi corpore igne, & aqua attenuentur, quouſque aſcendant in ſpiritus, & quouſque

fiant vt aqua vt fumus , vel mercurius , nihil fit in arte . Illis tamen aſcendentibus in aere naſcuntur , & in aere vertuntur, fiuntque vita cum vita , vt nunquam poſſint ſeparari , Sicut aqua mixta aquæ . Ideoque natus in aere ſapienter dicitur , quoniam omnino ſpiritualis efficitur , Ipſe nanque Vultur ſine alis volans ſupra montem clamitat dicens , Ego ſum albus nigri , & rubeus albi , & citrinus rubei filius, vera dicens non mentior . Sufficit ergo tibi corpora in vaſe , & in aqua ſemel ponere , & diligenter claudere vas , quo vſque vera ſeparato ſit facta, quod vocatur ab inuidis coniunctio , ſublimatio, extractio , putrefactio , ligatio , deſponſatio, ſubtiliatio, generatio &c. & totum perficietur magiſterium . Fac igitur ſicut ad generationem hominis , & omnis vegetabilis , Imponito ſemel matrici ſemen & bene claude . Vides ergo quomodo pluribus rebus non indiges , eo quod opus noſtrum magnas non requirit expenſas , quoniam vnus eſt lapis , vna medicina , vnum vas , vnum regimen , vna diſpoſitio ad album , & ru-

rubeum ſucceſſiue faciendum. Et quamuis dicamus in pluribus locis, ponito hoc, ponito illud, tamen non intelligimus nos oportere niſi vnam rem accipere, & ſemel ponere, & claudere vas vſque ad operis complementum. Quia hæc tantum ponuntur à Philoſophis inuidis vt decipiant incautos. Nunquidem etiam hæc ars eſt Cabaliſtica, arcanis plæna, & tu fatue credis nos aperte docere arcana arcanorum, verbaque accipis ſecundum ſonum verborum? Scito vere, [nullo modo ego ſum inuidus ſicut ceteri) qui verba aliorum Philoſophorum, accipit ſecundum prolationem, ac ſignificationem vulgarem nominum, (nam ille abſque filo Ariadnæ in medio amfractuum Laberinti multipliciter errat) pecuniamque ſuam deſtinauit perditioni. Ego vero Arteſius poſt quam adeptus ſum completam & veram ſcientiam in libris veridici Hermetis, fui aliquando inuidus ſicut cæteri omnes, ſed cum per mille annos, aut circiter (quæ iam tranſierunt ſuper me à die natiuitatis meæ, gratia Dei Omnipotentis, & vſu huius mira-

rabilis medicinæ) cum per hæc inquam longiſſima tempora viderem neminem magiſterium Hermeticum poſſe obtinere propter obſcuritatem verborum Philoſophorum, pietate motus, ac probitate boni viri, decreui in his vltimis temporibus vitæ meæ omnia ſcribere ſincere, & veraciter, vt nihil ad perficiendum lapidem poſſis deſiderare (dempto aliquo, quod nemini licet ſcribere; quia reuelatur per Deum, aut per magiſtrum, & tamen in hoc libro, ille qui non erit duræ ceruicis cum pauca experientia faciliter addiſcet.) Scripſi ergo in hoc libro nudam veritatem, quia paucis coloribus veſtiui, vt omnis bonus et ſapiens, mala Heſperidum mirabilia fęliciter poſſit ex arbore hac philoſophica decerpere. Quare laudetur Deus Altiſſimus qui poſuit in anima noſtra hanc benignitatem, & cum ſenectute longiſſima dedit nobis veram cordis dilectionem, qua omnes ſimul homines (vt mihi videtur) amplector, diligo, & verè amo. Sed ad artem redeundum, ſane opus noſtrum cito perficitur, nam quod

calor ſolis in centum annis coquit in mineris terræ ad generandum vnum metallum vt ſæpè vidi: Ignis noſter ſecretus, ideſt aqua noſtra ignea ſulfurea, quæ dicitur B.M. operatur breui tempore. Et hoc opus non eſt grauis laboris illi, qui ſcit, & intelligit, atque non eſt materia illius tam chara (cum parua quantitas ſufficiat) quod excuſari quis poſſit ab opere manuum ſuſpendat, quia eſt adeo breue, & facile, vt meritò dicatur, opus mulierum, & ludus puerorum. Age ergo gnauiter fili mi, ora Deum, lege aſſiduè libros, liber enim librum aperit, cogita profundè, fuge res euaneſcentes in igne, quia non habes intentum tuum in his rebus aduſtibilibus, ſed tantum in decoctione aquæ tuæ ex luminaribus extractæ. Nam ex iſta aqua color, & pondus adducitur vſque ad infinitum; Et hæc aqua eſt fumus albus, qui in corporibus perfectis veluti anima defluit, & eorum nigredinem, & immunditiam ab eis penitus aufert, & corpora in vnum conſolidat, & eorum aquam multipli-

cat , & nihil eſt quod à corporibus perfectis, ſcilicet à ſole, & luna colorem poſſit auferre, niſi Azot ideſt aqua noſtra quod colorat, & album reddit corpus rubeum ſecundum regimina ſua. Sed loquamur de ignibus.

Ignis noſter mineralis eſt, æqualis eſt, continuus eſt, non vaporat niſi nimium excitetur, de ſulfure participat, aliunde ſumitur quam à materia omnia diruit, ſoluit, congelat, & calcinat, & eſt artificialis ad inueniendum, & compendium ſine ſumptu, etiam ſaltem paruo, & etiam humidus, vaporoſus, digerens, alterans, penetrans, ſubtilis, aereus, non violentus, incomburens, circundans, continens, vnicus, & eſt fons aquæ viuæ quod circuit,& continet locum ablutionis regis, & reginæ. In toto opere ignis iſte humidus tibi ſufficit, in principio medio, & fine, quia in ipſo tota ars conſiſtit, & eſt ignis naturalis contra naturam, Innaturalis & ſine aduſtione, & pro corollario eſt ignis calidus, ſiccus, humidus & frigidus; cogitate ſuper hoc, & facite recte abſque natura extranea.

Quod

Quod ſi hos ignes non intelligitis, audite hæc ex abſtruſiori, & occulta antiquorum de ignibus cauillatione, nunquam in libris hucuſque ſcripta.

Tres proprie habemus ignes ſine quibus ars non perficitur, & qui abſque illis laborat in vanum curas ſuſcipit.

Primus eſt Lampadis, & is continus eſt, humidus, vaporoſus, aereus, & artificialis ad inueniendum, nã lampas debet eſſe proportionata ad clauſuram, & in hoc vtendum eſt maximo iudicio, quod non peruenit ad artificem duræ ceruicis, quia ſi ignis lampadis non eſt geometrice, & debite proportionatus, aut per defectum caloris non videbis ſigna in tempore deſignata atque prænimia mora expectatio tua fugiet à te, aut pre ardore nimio flores auri comburentur, & laborem tuum inique deflebis.

Secundus eſt ignis cinerum; in quibus vas recluditur Hermeticæ ſigillatum, aut potius eſt calor ille ſoauiſſimus, qui ex vapore temperato lampadis circuit equaliter vas Hic violentus non eſt niſi nimium

ex-

excitetur, digerens eſt, alterans eſt, ex alio corpore quam à materia ſumitur, vnicus eſt, & etiam humidus & innaturalis &c.

Tertius eſt ignis ille naturalis aquæ noſtræ, qui vocatur etiam contra naturam, quia eſt aqua, & nihilominus ex auro facit merum ſpiritum, quod ignis comunis facere non poteſt. Hic mineralis eſt, æqualis eſt, de ſulfure participat, omnia diruit, congelat, ſoluit atque calcinat, hic eſt penetrans, ſubtilis, incomburens, & eſt fons aquæ viuæ, in quo ſe lauant Rex, & Regina, quo indigemus in toto opere, in principio, medio, & fine. Alijs vero duobus ſupradictis non, ſed tantum aliquando &c. Coniunge ergo in legendis libris Philoſophorum hos tres ignes, & proculdubio intellectus eorum de ignibus non te latebit.

Quo ad colores, qui non nigrefacit, dealbare non poteſt, quia nigredo eſt albedinis principium, & ſignum putrefactionis, & alterationis, & quod corpus penetratum eſt, & mortificatum iam eſt. Ergo in hac putrefactione in hac aqua primo ap-

pa-

paret nigredo , ſicut brodium ſagiratum piperatum, ſecundo terra nigra continue decoquendo dealbatur, quia anima eorum ſupernatat vt cremor albus , & in hac albedine vniuntur omnes ſpiritus , ſic quod denuo aufugere non poſsunt, & ideo dealbandus eſt Laton , & rumpendi libri ne corda noſtra rumpantur, quia hæc albedo eſt lapis perfectus ad album, & corpus nobile neceſſitate finis, & tintura albedinis exuberantem reflexionis, & fulgidi ſplendoris, quæ non recedit à commiſto corpore . Nota ergo hic, quod ſpiritus non figuntur, niſi in albo colore, qui ideo nobilior eſt cæteris , & ſemper deſiderabiliter expetendus, cum ſit totius operis quodammodo complementum . Terra etiam noſtra putreſcit in nigrum, deinde mundatur in eleuatione, poſtea deſiccata nigredo recedit, & tunc dealbatur, & perit tenebroſum dominium humidum mulieris, tunc etiam fumus albus penetrat in corpus nouum, & ſpiritus conſtringuntur in ſiccum atque corrumpens, deformatum, & nigrum ex humido, euaneſcit, tunc etiam corpus

pus

pus nouum reſuſcitat clarum, album, ac immortale, ac victoriam ab omnibus inimicis reportat. Et ſicut calor agens in humido generat nigredinē primum colorem, ſic decoquendo ſemper, calor agens in ſicco generat albedinem ſecundum colorem, & deinde citrinitatem, & rubedinem, agens in mero ſicco, & ſatis de coloribus. Sciendum igitur nobis eſt, quod res quæ habet caput rubeum, & album, pedes vero albos, & poſtea rubros, & oculos antea nigros, hæc res tantum eſt magiſterium. Diſſolue ergo Solem, & Lunam in aqua noſtra diſſolutiua, quod illis eſt familiaris, & amica, & de eorum natura proxima, illiſque eſt placabilis, & tanquam matrix, mater, origo, principium, & finis vitę, & ideo emendantur in hac aqua, quia natura natura lætatur, & natura naturam continet, & vero matrimonio copulantur ad inuicem, & fiunt vna natura vnum corpus nouum reſuſcitatum immortale. Sic oportet coniungere conſanguineos cum conſanguineis, tunc iſtæ naturæ ſibi obuiant, & ſe perſequuntur ad inuicem, ſe putre-

faciunt,generant & gaudere faciunt, quia natura per naturam regitur proximam & amicam. Noſtra igitur Aqua (inquit Danthain)eſt fons pulcher amarus & clarus, pręparatus ſolummodo pro Rege, & Regina,quos ipſe optime cognoſcit, & hi illum, nam ipſos ad ſe attrahit, & illi ad ſe lauandum in illo fonte remanent duos aut tres dies, ideſt menſes, & hos iuueneſcere facit & reddit formoſos. Et quia Sol & Luna ſunt ab illa aqua matre, ideo oportet vt iterum ingrediantur vterum matris, & renaſcantur denuo, & fiant robuſtiores, nobiliores, & fortiores. Idcirco niſi hij mortui, conuerſi fuerint in aquam, ipſi ſoli manebunt, & ſine fructu. Si autem mortui fuerint & reſoluti in aqua noſtra, fructum centeſimum dabunt, & ex illo loco ex quo videbantur perdidiſſe quod erãt ex illo apparebunt quod antea non erant. Cum Sole ergo & Luna figatur maximo ingenio ſpiritus aquæ noſtræ viuæ, quia hij in naturam aquæ conuerſi, & mortuis ſimiles videntur, inde poſtea inſpirati viuunt, creſcunt, & multiplicantur ſicut res

omnes

omnes vegetabiles. Sufficiat ergo tibi materiam ſufficienter diſponere extrinſecus, quoniam ipſa ſufficienter intrinſecus operatur ad ſui perfectionem. Habet etiam motum ſibi inherentem, ſecundum veram viam & ordinem meliorem quam poſſit ab homine excogitari. Ideo tantum prepara, & natura perficiet, quia niſi natura fuerit impedita in contrarium, non præteribit motum ſuum certum, tam ad concipiendum, quam ad parturiendum. Caue quocirca tantum (poſt materiæ præparationem) ne igne nimio balneum incendatur, ſecundo ne ſpiritus exhalet, quia læderet laborantem, ideſt operationem deſtrueret, & multas infirmitates induceret, ideſt triſtitias, & iras. Ex iam dictis patet hoc axioma, nempe eum ex curſu naturæ ignorare neceſſario coſtructionem metallorum, qui ignorat deſtructionem. Oportet ergo coniungere conſanguineos, quia naturæ reperiunt ſuas conſimiles naturas, & ſe putrefaciendo miſcentur inſimul, atque ſe mortificant. Neceſſe eſt ideo hanc cognoſcere corruptionem, &

ge-

generationem . Et quemadmodum ſe ſe naturæ amplectuntur, ac pacificantur in igne lento . Quomodo natura natura lætatur, & natura naturam retineat, & conuertat in naturam albam . Quod ſi vis rubificare, oportet coquere album iſtud in igne ſicco continuo donec rubificetur vt ſanguis, qui nihil erit aliud quam ignis, & tinctura vera, & ſic per ignem ſiccum continuum emendatur albedo, citrinatur & acquirit rubedinem, & colorem verum fixum . Quanto ergo magis coquitur magis coloratur & fit tinctura interioris rubedinis . Quare oportet igne ſicco, & calcinatione ſicca abſque humore compoſitum coquere donec rubicundo veſtiatur colore, & tunc erit perfectum Elixir .

Si poſtea velis illum multiplicare, oportet iterato reſoluere illud rubeum in noua aqua diſſolutiua, & iterato coctione dealbare, & rubificare per gradus ignis, reiterando regimen, pimum, ſolue, gela, reitera, claudendo, aperiendo, & multiplicando in quantitate, & qualitate ad tuum beneplacitum, quia

per nouam corruptionem, & generationem, iterum introducitur nouus motus, & ſic non poſſemus adipiſci finem ſi ſemper operari vellemus per reiterationem ſolutionis, & coagulationis mediante aqua noſtra diſſolutiua, ideſt diſſoluendo, & congelando vt dictum eſt per primum regimen. Et ſic eius virtus agumentatur, & multiplicatur in quantitate, & qualitate, ita vt, ſi in primo opere receperit centum, in ſecundo habebis mille, in tertio decem millia, & ſic proſequendo veniet proiectio tua vſque ad infinitum, tingendo vere, & perfecte ac fixe omnem quantitatem, & ſic per rem vili prætij adducitur color, virtus, & pondus. Ignis ergo noſter & Azoth tibi ſufficiunt, coque, coque, reitera, ſolue, gela, & ſic continua ad tuum placitum multiplicando quantum volueris, & donec medicina tua fiat fuſibilis vt cera, & habeat tã quantitatẽ quam virtutem optatam. Eſt ergo totius operis, ſiue lapidis ſecundi (nota bene) complementum, vt ſumatur corpus perfectum, quod ponas in noſtra aqua in domo vitrea

bene

bene clauſa & obturata cum cemento ne aer intret, aut humiditas introcluſa exeat, in digeſtione lenis caloris veluti balnei, vel fimi temperatiſſima, & cum operis iſtantia per ignem ſuper ipſum perfectio decoctionis, quouſque putreſcat & reſoluatur in nigrum, & poſtea eleuetur, & ſublimetur per aquam, vt mundetur per hoc ab omni nigredine & tenebris, & vt dealbetur, & ſubtilietur, donec in vltima ſublimationis puritate deueniat, & vltimo volatile fiat, &. album reddatur, intus, & extra, quia Vultur in aere ſine alis volans clamitat, vt poſſit ire ſupra montem, ideſt ſuper aquam, ſuper quam ſpiritus albus fertur. Tunc continua ignem conuenientem, & ſpiritus ille, ideſt ſubtilis ſubſtantia corporis, & mercurij aſcendet ſuper aquam, quod quintaeſſentia eſt niue candidior, Et in fine continua adhuc et fortifica ignem, vt totum ſpirituale penitus aſcendat. Scitote namque, quod illud quod eſt clarum, purum, et ſpirituale, aſcendit in altum in aera in modum fumi albi quod lac virginis appellatur.

Oportet ergo vt de terra (inquiebat Sybilla) exaltetur Filius Virginis, et quinta ſubſtantia alba poſt reſurrectionem eleuetur verſus cęlos, et in fundo vaſis et aquæ remaneat groſſum, et ſpiſſum. Vaſe dehin infrigidato, reperies in fundo ipſius fæces nigras, arſas, et combuſtas ab ſpiritu, et quintaeſſentia alba, quas proice. In his temporibus argentum viuum pluit ex aere noſtro ſuper terram nouam quod vocatur argentum viuum ex aere ſublimatum, ex quo fit aqua viſcoſa, munda, & alba, quod eſt vera tinctura ſeparata ab omni fæce nigra, et ſic ęs noſtrum regitur cum aqua noſtra, purificatur, et albo colore decoratur. Quæ dealbatio non fit niſi decoctione, et aquæ coagulatione. Decoque ergo continuo, ablue nigredinem à Latone, non manu, ſed lapide, ſiue igne, ſiue aqua mercuriali noſtra ſecunda, quod eſt vera tinctura. Nam non manibus fit hæc ſeparatio puri ab impuro, ſed quia natura ſola circulariter ad perfectionem operando vere perficit. Ergo patet quod hæc compoſitio non eſt

ma-

manualis operatio, ſed naturarum mutatio, quia natura ſe ipſam diſſoluit, & copulat, ſeipſam ſublimat, eleuat, et albeſcit ſeparatis fęcibus. Et in tali ſublimatione coniunguntur partes ſubtiliores magis puræ, et eſſentiales, quia natura ignea cum eleuat partes ſubtiliores, magis puras ſemper eleuat, ergo dimittit groſſiores. Quare oportet igne mediocri continuo in vapore ſublimare, vt inſpiretur ab aere, et poſſit viuere. Nam omnium rerum natura, vitam ex aeris inſpiratione recipit, Sic etiam totum magiſterium noſtrum conſiſtit, in vapore, et aquæ ſublimatione. Oportet igitur ęs noſtrum per gradus ignis eleuari, et quod per ſe ſine violentia aſcendat libere, ideoque niſi corpus igne et aqua diruatur ac attenuetur, quoſq; aſcendat vt ſpiritus, aut vt argentum viuum ſcandens, vel etiam vt anima alba a corpore ſeparata, et in ſpirituum ſublimatione delata, nihil fit. Et tamen aſcendente, in aere naſcitur, et in aere vertitur, fitque vita cum vita, et omnino ſpirituale, et incorruptibile. Et ſic in tali regi-

mine corpus fit ſpiritus de ſubtili natura, et ſpiritus incorporatur cum corpore, et fit vnum cum ea, et in tali ſublimatione, coniunctione, et eleuatione, omnia fiunt alba. Ergo neceſſaria eſt hæc ſublimatio Philoſophica, et naturalis quæ componit pacem inter corpus, et ſpiritum, quod eſt impoſſibile aliter fieri niſi in has partes ſeparentur. Idcirco oportet vtrumque ſublimare, vt purum aſcendat, et impurum, et terreum deſcendat in turbatione maris proceIloſi. Quare oportet decoquere continuo, vt ad ſubtilem deducatur naturam, et quouſque corpus aſſumat, et attrahat animam albam mercurialem, quam retinet naturaliter, nec dimittit eam a ſe ſeparari, quia ſibi compar eſt in propinquitate naturæ primæ, puræ, et ſimplicis. Ex his oportet per decoctionem, ſeparationem exercere, vt nihil de pinguedine animæ remaneat quod non fuerit oblatum, et exaltatum in ſuperiori parte, et ſic vtrumque erit reductum ad æqualitatem ſimplicem, et ad ſimplicem albedinem. Vultur ergo volans per aerem,

rem, et Buſo gradiens per terram eſt magiſterium. Ideo quando ſeperabis terram ab aqua, ideſt ab igne, et ſubtile à ſpiſſo, ſuauiter, et cum magno ingenio aſcendet à terra in cœlum, quod erit purum, et deſcendet in terram quod erit impurum, et recipiet ſubtilior pars in ſuperiori loco naturam ſpiritus, in inferiori vero naturam corporis terrei. Quare eleuetur per talem operationem natura alba, cum ſubtiliore parte corporis, relictis fęcibus, quod fit breui tempore. Nam anima cum ſua adiuuatur ſocia, et per eam perficitur. Mater (inquit corpus) me genuit, et per me gignitur ipſa, poſtquam autem ab ea accepi volatum, ipſa meliori modo quo poteſt fit pia fouens, et nutriens filium quem genuit, donec ad ſtatum peruenerit perfectum. Audi hoc ſecretum. Cuſtodi corpus in aqua noſtra mercuriali, quouſque aſcendat cum anima alba, et terreum deſcendat ad imum, quod vocatur terra reſidua, tunc videbis aquam coagulare ſeipſam cum ſuo corpore, et ratus eris ſcientiã eſſe veram, quia

corpus ſuum coagulat humorem in ſiccum, ſicut coagulum agni lac coagulat in caſeum, et ſic ſpiritus penetrabit corpus, et commixtio ſiet per minima, et corpus attrahet ſibi humorem ſuum, ideſt animam albam, quemadmodum magnes ferrum propter naturæ ſuæ propinquitatem, et naturam auidam, et tunc vnum continet alterum, et hæc eſt ſublimatio, et coagulatio noſtra omne volatile retinens quæ facit fugam perire. Ergo hęc compoſitio non eſt manualis operatio (vt dixi) ſed naturarum mutatio, et earum frigidi cum calido, et humidi cum ſicco admirabilis connexio. Calidum etiam miſcetur cum frigido, et ſiccum humido, hoc etiam modo fit mixtio, et coniunctio corporis et ſpiritus, quæ vocatur conuerſio naturarum contrariarum, quia in tali diſſolutione et ſublimatione ſpiritus vertitur in corpus, et corpus in ſpiritum, ſic etiam mixta et in vnum redacta ſe inuicem vertunt, ſpiritus vero corpus vertit in ſpiritum tinctum et album. Quare vltima vice (inquam) decoque in aqua noſtra alba ideſt in

mer-

mercurio, donec ſoluatur in nigredinem, deinde per decoctionem continuam priuabitur a ſua nigredine, et corpus ſic ſolutum tandem aſcendet cum anima alba, et tunc vnum alteri commiſcetur, et ſe amplectentur, ſic quod non poterunt ad inuicem amplius ſeparari, et tunc cum reali concordantia vnitur ſpiritus cum corpore, et fiunt vnum permanens, quod hæc eſt ſolutio corporis & coagulatio ſpiritus, quę vnam et eandem habent operationem. Qui ergo nouerit ducere, pręgnantem facere, mortificare, putrefacere, generare, ſpecies viuificare, lumen album inducere ac mundare, Vulturem a nigredine, et tenebris, quouſque igne purgetur, ac coloretur, et a maculis vltimis purificetur: adeo maioris dignitatis erit poſſeſſor, vt Reges eum venerentur.

Quare maneat corpus in aqua donec ſoluatur in puluerem nouum in fundo vaſis et aquæ, qui dicitur cinis niger, et hæc corruptio corporis, quod vocatur à ſapientibus Saturnus, ęs, Plumbum Philoſophorum, et puluis diſcontinuatus. Et in tali

putrefactione, et reſolutione corporis tria ſigna apparent, ſcilicet color niger, diſcontinuitas partium, & odor fætidus qui aſſimilatur odori ſepulcrorum. Eſt igitur ille cinis de qua Philoſophici tanta dixere, qui in inferiori parte vaſis remanſit, quẽ non debemus vilipendere, in eo enim eſt Diadema Regis, & argentum viuum nigrum immundum, a quo nigredinis debet fieri purgatio, decoquendo continuo in aqua noſtra, donec eleuetur ſurſum in album colorem, qui vocatur Anzer, & Pullus Hermoginis. Quia qui terram rubeam denigrat, & albam reddit, habet magiſterium; vt etiam ille qui occidit viuum, & reſuſcitat mortuũ. Dealba ergo nigrum, & rubefac album vt perficias opus, & cum videris albedinem apparere quæ ſplendet ſicut gladius denudatus, ſcias quod rubor in iſta albedine eſt occultus. Et tunc non oportet illam albedinem extrahere, ſed coquere tantum, vt cum ſiccitate, & caliditate ſuperueniat citrinitas, & rubedo fulgentiſſima, quam cum videris, cum tremore maximo laudabis Deũ opti-

optimum Maximum, qui cui vult ſapientiam dat, & per conſequens diuitias, & ſecundum iniquitates eripit, ac in perpetuum ſubtrahit, detrudendo in ſeruitutem inimicorum. Cui Laus, honor, & gloria, in ſecula ſeculorum.
Amen.

FRATRIS HELIÆ Ordinis Minorum Libellus de Lapide Philoſoqhorum, qui ex Antimonio minerali conficitur.

OMnis ſubſtantia habet ſuum agens internum quo patiatur, modo ab agente externum moueatur. Cauendum omnino, ne externum agens potius ſit interno agente, alioquin fruſtra ars laborat, vt videre licet in ouis ſub gallina, poſitis. Quod ſi externus calor ſuperet in-

internum non excluderentur oua, ſed coquerentur, Sic de ſeminibus, & cæteris rebus. Quandoquidem materia ſemel mota, ſe ipſam inde mouet, & perficitur.

Aut hic, aut nuſquam eſt quod quærimus.

Ora, Labora.

Fratris Heliæ de Aſſiſio Ordin. Min. Ex prologo Magni operis.

LApis noſter eſt ex quatuor Elementis, eum habent tam diuites quam pauperes, inuenitur vbique, & aſſimilatur rebus omnibus, Componitur ex anima, corpore, & ſpiritu. Et conuertitur de natura in naturam vſque ad vltimum ſuæ perfectionis gradum. Fit etiam ex vna re, nam totum magiſterium noſtrum fit cum aqua noſtra, ipſa namque eſt ſperma omnium metallorum, & omnia metalla reſoluuntur in ipſam. Corpus enim perfectum conuerſum eſt in primam aquam, & illa aqua coniuncta cum noſtra, hæ duæ faciunt vnam aquam claram, mundans, & in ſe continens omnia neceſſaria. Iſta eſt cara, & vilis, de qua, & cum qua perficitur noſtrum magiſterium, nam corpus ſoluit non ſolutione vulgari pro vt tradunt ignorantes, qui conuertunt corpus in aquam nubis: ſed ſolutione vera, & phyſica, in qua conuertitur corpus

pus in aquam primam ex qua fuit ab initio . Ipſa aqua corpora in cinerem transformat, nam mediocre experimentum demonſtrat ordines inter qualitatem ignis : Quoniam in ſolutione ignis ſemper erit lenis, in ſublimatione mediocris, in coagulatione temperatus in dealbatione continuus, & fortis in rubificatione. Si tu in iſtis erraueris neſcienter, caſum, & laborem deflebis : Oportet igitur vt in illis ſedulo inſiſtas, Quoniam ars ab ingenio iuuatur , & ingenium ab arte ſimiliter, oportet & iam vt ſoli complemento intendas , & aliena intermittas. Sciant Artifices chimiæ ſpecies metallorum traſmutari non poſſe , niſi forte in primam materiam reducantur, ſed tunc tranſmutantur ; ideſt in alienam naturam mutantur , quam prius non habebant , quia corruptio vnius eſt generatio alterius , tam in artificialibus quam in naturalibus. Ars enim imitatur naturam , & in quibuſdam corrigit , & ſuperat eam etiam aliquando, quemadmodum natura infirmi ab induſtria medici iuuatur . Niſi ſimul ea res intro coquenda

abſque

abſq; manuum contrectatione contriueris, donec omnia fiant aqua, nondum opus inueniſti.

Hoc noſtrum magiſterium nil aliud eſt quam coquere argentum viuum & ſulfur donec vnum fiant. Argentum viuum defendit ſulfur a combuſtione quando vas eſt bene clauſum, ita quod argentum viuum non poſſit euaneſcere, & ſic ſulfur nunquam poterit comburi, nec deuaſtari, cum argentum viuum ſit aqua noſtra clariſſima; Quemadmodum videmus per exemplum in aqua comuni, in qua cum aliquid coquitur numquam comburitur niſi prius euaporatur ipſa aqua, quamuis ignis ſit fortiſſimus & vehemens, Alias poſt conſumptionem aquæ facile comburitur. Ideo iuſſerunt philoſophi claudere os vaſis, vt aqua noſtra benedicta non exalet, ſed defendat, & defendatur à combuſtione. Aqua ergo poſita cum rebus in ea coquentibus vetat, & impedit ne vrantur. Hac de cauſa effectum eſt, vt illæ res quanto magis ignis flamma occupantur; tanto magis aquæ intimis abſconduntur ne ignis

ca-

calore lędantur. Aqua autem in ſuo ventre recipit res, & ignis flamma ab ijs repellitur. Inter omnia animaduerte, vt in principio ignem lentum, & leuem facias donec ſit facta patientia inter aquam & ignem; & poſtquam videas aquam fixam ſine aſcenſione aliqua non cures qualis ſit ignis, ſed bonum eſt illum regere cum prudentia, donec ſpiritus & corpus vnum fiant, & ſic corpora fiant incorporea, & è conuerſo incorporea corpora. Hoc enim de mediorum natura dictum ſit.

Noſtra aqua eſt illa quæ dealbat & rubeſcere facit, occidit & viuificat, diſſoluit & congelat, putrefacit, & facit poſtea germinare nouas res & diuerſas. Ergo tuum intentum ſit omnino in decoctione aquæ, & ne tædeat ſi vis habere fructum, ne cures de alijs rebus niſi de noſtra ſola aqua, coque ipſam paulatim putrefaciendo donec mutetur de colore ad colorem perfectum. Caue in aquam ne in principio comburas ſuos flores, aut viriditatem, nec opus perficiat niſi ianua ſit bene & firmiter clauſa, vt ille qui eſt intus

euo-

euolare non poſſit , & Deo concedente peruenies ad effectum . Natura facit ſuam operationem pedetentim; ſic ipſe facito, ſecundum naturam ſit ſemper tua imaginatio. Vide inquam de qua re generantur corpora ſecundum naturam in viſceribus terræ, & hoc imaginare per veram imaginationem : & vide ſimiliter de quo calore ſit eorum decoctio, ſit ne violenta, vel ſuauis. Neceſſe eſt ergo vt lapis noſter extrahatur de natura duorum corporum, antequam de eo fiat elixir completum, quia ſequitur neceſſario quod elixir debet eſſe magis digeſtum & depuratum quam Aurum, nam ſi de ſua perfectione alteri daret ipſum & imperfectum maneret.

Quæ continentur 12, cap. huius libri.

1 De Leonis viridis vera materia, cuiuſque ſit coloris, & dicitur Adrop, Duenech, & Azoch.

2 Corporum ſolutio in argentum viuum id. in aquam 8. q.

3 De coloribus.

4 De

4 De putrefactione Philoſophica.

5 Maior pars aquæ efficitur terra nigra & fetulenta.

6 Qui fieri poterat vt illa terra nigra ſtaret in principio ſupra aquam, & paulatim demerſa in fundo vaſis.

7 Solutio terræ in aquam in colore Olei, de Oleo Philoſophorum.

8 Origo Draconis in nigredine quā paſcitur ſuo Mercurio & in eo ſubmergitur, & tunc aqua aliquantulum dealbatur.

9 Aqua purgatur à nigredine, & dealbatur vt lac, & in ea apparent varij colores.

10 Nebulæ nigræ quæ erant ſupra aquam deſcendunt in corpus vnde exierant, & factus eſt cinis cinerum.

11 Cum factus eſt albiſſimus vt marmor coruſcans elixir ad album.

11 Qualiter albedo conuerſa eſt in rubedinem vt cinabrium elixir ad rubeum.

Si vis intelligere totum opus, lege,

ge, & relege pluries, miranda videbis. Via certe eſt longiſſima antequam perueniatur ad perfectionem, & id circo patientia opus eſt in hoc arte.

CAPVT PRIMVM.

LApis noſter eſt de re animata, & componitur ex quatuor elementis. Item eſt ex corpore, anima, & ſpiritu, conuertitur etiam de materiam in materiam, vſque ad vltimum perfectionis gradum. Fit ex vna re, quia totum magiſterium noſtrum fit ex vna re ideſt cum aqua noſtra quæ eſt ſperma omnium metallorum, & omnia metalla reſoluuntur in ipſam vt oſtenſum eſt in prima aqua, & iſtæ aquæ commiſtę cum aqua noſtra faciunt vnam aquã mundam; claram, & omnia mundans. Metalla tamen in ſe continent duas aquas, eſt cara, & vilis, de qua, & cum qua perficitur totum magiſterium, Corpora ſoluit non ſolutione vulgari, ſed Philoſophica, in qua conuertitur corpus in aquam primam, ex

ex qua fit ablutio, ipſa eadem aqua corpora in cinerem conuertit.

Medicina noſtra ſolum componitur ex natura.

Veni dilecta mea, & amplectemur, vt generemus filium nouum qui non aſſimilabitur parentibus.

Ecce venio ad te, & ſum potentiſſima talem filium concipere qui in mundo naſcetur in duobus montibus.

Rex ego ſum viuus, caput rubeum, oculi nigri, & pedes albi.



CAPVT II.

EST autem Mar lapidis aqua groſſa, agens autem eſt calor, aut frigus congelans illam aquam; Et credas pretioſiores eſſe lapides qui procedunt ab animalibus quam alijs. Nullum tamen germen lapidum poteris pręparare abſque Duenech viridi, & liquido, quod quidem in mineris montium naſcitur. Contempla albiſſima montana, quæ ſunt à dextris, & à ſiniſtris, aſcende

illuc

illuc vbi lapis noſter naſcitur , inuenitur in illo monte, quod fiet omne genus pigmenti & ſpecierum.

Lapis qui in hoc opere melior eſt de re animata, inuenies vbique, in planitie, in montibus, & aquis, habent eum tam diuites quam pauperes, eſtque viliſſimus, & cariſſimus, creſcit ex carne & ſanguine.

Benedicta natura quæ generas tantas res, Natura benedicta,& benedicta eſt operatio tua, quæ de imperfecto facis perfectum ; Idcirco ne aſſumas ipſam noſtram materiam niſi puram & mundam, atque crudam, amenam, terream, ſinceram, & rectam, Si ſecus feceris nihil quicquam proficies. Niſi vero habueris ingenium naturale, animum perſcrutantem principia naturalia, & naturæ fundamenta, & artificia quæ ſequi poſſunt naturam in ſuis actionibus & proprietatibus, non inuenies huius pretioſiſſimæ ſcientiæ veram radicem.

Eamus

Eamus quæſitum quatuor elementorum naturas, Hic incipit ſolutio Philoſophorum, & ſit argentum viuum noſtrum.



Sublimatio Philoſophorum.

CAPVT III.

LApis noſter eſt corpus indolabile, inſonabile, mortificans, &

vi-

viuificans, & nihil eſt contrarium in eo. Coniunge ſimul cum ſorore ſua, & gignent artem inter ſe, Candida mulier ſi rubeo ſit nupta marito mox amplexabuntur, & amplexa copulabuntur, per ſe ſoluuntur, & conficiuntur, vt qui duo fuerant vnũ quaſi corpus fiant. Hæc res actu dum puluis ſit ſine tactu.

Simplex corroſus, ſublimis ſit petroſus.

Aſcendit ſic & reuerſus tendit ad ima,

Lympham inuocauit, terram coniunxit & ignem.

Quæſiuiſti quot ſunt colores, liberis tibi dicam. Tres ſunt ex quibus omnes alij ſumunt principium. Primus eſt niger, ſecundus albus, tertius rubeus. Multi ſunt & alij colores, ſed de illis non eſt curandum, quia ſæpe liqueſcunt ante albedinē, vbi ſit coniunctio duorum corporũ, & eſt neceſſaria in noſtro magiſterio, & ſi vnum iſtorum duorum corporum eſſet tantumodo in noſtro lapide nullum fructum daret, Et ideo eſt neceſſaria coniunctio iſtorum duorum, quæ dum coniuncta fue-

runt, & recepta in coniunctione lapidis lapis impregnatus eſt in ventre venti: portabit eum ventus ventre ſuo.

Certum eſt quod ventus eſt aer, & aer eſt vita, & vita eſt anima ideſt oleum & aqua. Ego qui exaltatus ſum ſuper omnes circulos, vidi quatuor habentes vnum patrem, harum vna eſt in montibus, alia in aere, alia in ſaxis & campis, & alia in cauernis. Nihil alienum intrat in noſtro lapide, niſi ipſum ſolum pone, ille eſt cui nihil addimus, ſed a quo tantumodo ſuperflua remouemus.

Ex quatuor clementis lapis noſter componitur. Hic totaliter ſoluuntur corpora in argenturæ viuum, & fit aqua permanes viua, & alba vt lacrima.



CAPVT IV.

LApis noſter eſt de re animata ſine mendacio, hic totaliter ſoluuntur corpora in argentum viuum noſtrum & fit aqua permanens, fixa

& alba vt lacrima oculi. Extrahas manum à marſupio, quia res natura non emitur magno prætio. Res quod care emitur in hoc magiſterio mendax, & inutilis reputatur. Conuertere naturas quatuor elementorum, & quod queris inueuies. Conuertere naturas eſt facere corpus ſpiritum, vt quando de groſſo gracilem, & de corpore aquam, & per conſequens de ſicco humidum, & de aqua corpus formans, & ſic corpora fiunt incorporea, & incorporea corpora, & per conſequens illud faciens quod erat inferius, ſecundum illud quod erat ſuperius, & è contra. Corpora vero ſoluta ad veram naturam ſpirituum ſunt redacta, & nunquam ſeparabuntur ad inuicem, ſicut nec aqua immixta aquæ, certe opus & regimen non eſt niſi in aqua permanente, & omnia in ſe habente quibus indigemus, Et manu tenebrare aquam cum ſuis bonis operationibus, quoniam facit album ad Lunam, & rubeum ad Solem, vna & eadem res eſt quæ habet in ſe, animam aerem, & calcem ex quatuor elementis quibus dominatur. Nec neceſſe eſt de alijs

ele-

elementis quæ non conueniunt in ſua natura. Hic ſublimantur corpora, in argentum viuum noſtrum ideſt in aquam Mercurij noſtri. Hic ſoluitur aurum Philoſophorum, & in primam ſuam reducitur naturam. Attendite ſapientes in Deum, qui docuit patres noſtros facere Solem, & Lunam ex meliori re de hoc mundo, vt per idipſum oſtenderet ſuam immenſam potentiam.

Putreſactio Philoſophica, nigredo tranſparens Caput corui, ipſam ſimiliter putrefieri eſt neceſſe.



CAPVT V.


QVicumque color poſt nigredinem apparebit laudabilis eſt, hic poſita ſunt corpora in putrefactione, & efficiuntur terra nigra, Cum videbis materiam denigrari gau-

gaude, quia eſt principium digeſtionis, combure igitur æs noſtrum igne leni, ſicut gallina oua ſua fouet calore alarum. Non extrahas tincturam totam ſimul, ſed paulatim,& parum egrediatur omni die, donec longo compleatur tempore. Veruntamen cum in principio denigratur, clauem operis habere dicimus, quoniam non fit abſque nigredine, & in ſe eſt tinctura quam quærimus in quolibet corpore, quæ quidem tinctura occulta fuit in ſuo aere, vt anima in humano corpore. Ideoque fac, vt prius habeas colorem nigrum, & tunc eris certus quod putrefacta erit lapidis materia, tuncque via recta procedes. Ego ſum niger albi, & rubeus albi, & citrinus rubei, & certe viridis ſum, nec mentior. Scias quod caput artis eſt coruus, qui notat nigredinem, & dicit claritatem, ſine alis volat, ex amaritudine namquam in ſuo gutture coloratur, accipitur à ſuo corpore rubor, & à ſuo dorſo mera aqua accipitur. In cauernis metallorum occultatur, eſt lapis mineralis, & animalis, colore eſt ſplendidus, mons

altiſſimus, & ſublimis, & in mare patens. Benedicta natura, quæ de imperfecto facis perfectum cum vera putrefactione, quæ eſt nigra & obſcura, preterea facis diuerſos colores apparere. Patientia & mora ſunt neceſſaria in noſtro Magiſterio; Feſtinatio autem eſt ex parte diaboli.

Ca-

Caput Corui. Iſta eſt terra nigra, cocta, & fœculenta, de qua loquuntur omnes Philoſophi, ſtat ſupra aquam, Nigredo tranſparans.



CAPVT VI.

ILla eſt terra nigra, & fęculenta de qua loquuntur omnes Philoſophi, Quæ eſt in medio vaſis: hoc

quod eſt ſuper terram ſunt næbulæ tenebroſæ ſicut ſpiritus vel fumus; Illa terra quæ eſt ſupra aquam in ſequenti vaſe deſcendet ad fundum. Adhuc videntes Philoſophi materiam inſpiſſari, & conuerti ad terram, & hoc quod inſpiſſatur in principio ſtabat ſupra aquam, & ſic paulatim inſpiſſando viderunt terram ſubmergi in aquam, & ſtare in profundo vaſis ſubtus aquam, quæ terra nigra, atra, & fæculenta erat, dixerunt quod hoc erat perfecta putrefactio, ſeu corruptio. Accendatur ignis in furno more Philoſophorum, & fac quod tota mateeia ſoluatur in aqua propria, rege eam lento igne, donec tota materia vel maior illius pars in terram nigram vertatur; velut pix liquida, quod fiet ſpatio 42. dierum Deo volente. Eſto aſſiduus operationi, patienter continuando decoctionem, quouſque egrediatur tinctura ſupra aquam in colore nigro: & cum videris nigredinem illius aquæ imminere, ſcias totum corpus liquefactum eſſe, & tunc oportet ignem lenem continuare, donec cõceperit nebulam quam pa-

riet tenebroſam. Intentio Philoſophorum eſt, vt iam corpus redactum in puluerem nigrum, ſuam ingrediatur aquam, & fiat totum vnum. Aqua ſuſcipit aquam ſuæ naturæ propriam. Niſi vero quodlibet corpus vertatur in aquam, nullatenus ad perfectionem deuenies.

Caput corui, de quo loquuntur Philoſophi .



CAPVT VII.

TErra nigra fæculenta eſt in fundo vaſis, in qua naſcuntur Vermes, quorum vnus deuorat alterum, nam corruptio vnius eſt generatio alterius; Illa terra eſt in fundo vaſis, & totaliter in aquam diſ-

diſſoluitur; & fit in colore Elixir. Hic quæritur per quod tempus lapis in nigredinem vertitur, & quod eſt ſignum veræ ſolutionis lapidis: cum autem nigredo totaliter euanuerit, eſt ſignum totalis putrefactionis lapidis & ſolutionis eius.

Item queritur ſi næbulæ nigræ durant in prædicto lapide per 40. dies. Reſpondetur quod aliquando plus, aliquando minus.

Sapientia operantem iuuat à tanta nigredinis ſeparatione. Item queritur per quod tempus durat iſta putrefactio terræ, Reſpondetur per 40. dies aliquando plus, aliquando minus ſecundum quantitatem terræ, & aquæ. In generatione filij, ignis fit lentus, ita vt totum opus per ſe aſcendat, & deſcendat abſque vaſis læſione. Sic ſuas operationes lapidis dixi, ſi vero neſcis naturam animalem nequaquam.

Oleum

Oleum Philoſophorum
Caput Corui.



C A P V T VIII.


HIc natus eſt filius nouus niger, & efficitut albiſſimus, & vocatur Elixir. Illa terra nigra, & fęculenta quæ erat in fundo vaſis eſt conuerſa in argentum vinum vt prius, & ſoluta in colore olei, quod vocatur Oleum

Oleum Philoſophorum. Soluitur autem aurum, vt in primam reducatur materiam, ideſt, vt vere fiat ſulfur, & argentum viuum, & tunc poſſumus facere optimum argentum, & aurum ex illa materia cum fuerit reducta ad primum eſse. Ideoque tantum debet lauari, & decoqui, vt ſit vere ſulfur, & argentum viuum. Nam ſecundum Philoſophum ſunt materia debita omnium metallorum, qui nouerit igitur vxorem ducere, & prægnantem facere, generationem ſpiritus mortificare, & viuificare, lumenq; inducere, & mundare vultur a nigredine, & a tenebris, erit maximæ dignitatis. Igitur naturam coronatum filij naturas coniungentibus in leui igne, vt dum vertentibus, ideſt coniungentibus rapiant, & filium gignant commixtum naturę ſuę nubis, quæ ſuper eam fixam reuertuntur in ſuo corpore ſicut exierant, contineas eam in balneo donec in aquam ſoluatur impalpabilem, vt tota egrediatur tinctura in colore nigredinis, quod eſt ſignum ſolutionis. Caueas igitur ne à vaſe exeat ſua humiditas & pereat. Vide ipſam reducens ad

terram,

terram, leui igne coagula ſicut coagulatur, ſperma in matrice. Cauendum item ne aqua per nimium ignẽ vertatur in fumum, & fugiat, ne deſperes, quando ſimilia querere inuenies non doctrinæ, ſed proprij motus indagatione naturæ. Quì vero librorum inſecutionem ſequitur, tardiſsime ad hanc perueniet artem præcioſiſsimam. Videas etiam vt non ponas elixir tuum niſi ſuper Solem, & Lunam, & qui materiam noſtram ignorat, vadit cæcus ad practicam ſicut aſinus ad cænam.

Hic incipit Aqua aliquantulum dealbari , Sulfur Philoſophorum , Domus Tenebroſa.




CAPVT IX.

TVnc Draco ſuas alas comedens diuerſos emittit colores, multis ſi quidem modis , & vicibus mouebitur de colore ad colorem, donec ad firmam deueniat albedinem. Animal

mal ferociſsimum non cibatur, niſi dum habet ſitim & famẽ, ſcias quod poſt tres dies non habet: hic natura eſt Draco, Domus eius ſunt tenebræ vt nigred,oin his omnibus eſt habitans, illud vero mare, mors & tenebræ fugiunt, & ſolis radios Draco fugit, qui foramina obſeruat, filiuſque noſter mortuus viuit, & ab igne venit, & in coniugio gaudebit, & oculta apparebunt, & lac Virginis dealbabitur, filius noſter iam viuus effectus; ſit igni bellator, & tintura ſuperueniens, Guardati molto dal fuoco eceſſiuo di carboni, poi dal fumo, & guarda, che la paſta non ſia priua del Mercurio viuo, Il troppo humore ſi conuerte in lago, ma gouerna il Draco quando ha biſogno di bere, e mangiare, e mai di putrefare non ti ſia tedio, che à tutta l'opera dona gran remedio, ma il puro foco non ti ſia fallo.

Sulphur Philoſophorum, Domus tenebroſa. Hic totaliter mundatur aqua à nigredine, & albiſsima vt lac.




CAPVT X.

RESp. nigrum nigrius nigro, quia multi diuerſi colores apparent in illo, vt puta lac Virginis dealbabitur, & filius noſter iam viuificatus ſit

ſit igni bellator, & tinctura permanens, ſuperueniens a mare aſcendunt plurimæ plumæ ſuper terram, quia omne corpus graue & denſum tendit ad ſuum centrum, argentum vero viuum ex ſe ſublimatur, & ex eo omnia fiunt, eſt aqua munda & vera tinctura querens vmbram. Ipſum namque eſt Sulfur album & clarum, quia ſolum res dealbat, quo ſpiritus continetur ne fugiat. Scias locum vaſis eſſe caput corui, quem interficies, & naſcetur columba, deinde Phænix. Hìc comprenditur totum Magiſterium ſcilicet ad Solem, & Lunam cum illis verbis, qui librum ſcripſerat affirmabat ſe omnia quæ præcedunt ſuis oculis vidiſſe, Deumque obnixe rogabat vt ſibi finem optatum videre concederet.

Cinis Cinerum. Ego ſum niger quia decolorauit me ſol.



CAPVT XI.

ILlæ nebulæ nigræ deſcendunt ad corpus ſuum vnde exierunt, &

& facta eſt coniunctio inter terram, & aquam, & cinis factus eſt. Verum quia natura non habet motum niſi per calorem, ideo ſi bene menſuraueris calorem aqua, & ignis tibi ſufficiunt. Nam corpus abluunt & mundant à ſuis ſuperfluitatibus, Ipſa etiam, aqua habitans in aere conſequitur terram, ſicut ferrum magnes. Omnes igitur hos ordines præparatiuos ſuper ipſum quater reitera, & vltimo calcina per modum ſuum figentem, quoniam ſic præcioſum lapidem adminiſtrando feciſti. Calcinare vero nihil aliud eſt, quam deſiccare, & in cinerem vertere. Comburatur ergo ſine timore donec cinis fiat, & cum factus fuerit tunc optime miſcuiſti. Hunc igitur cinerem ne vilipendas, ſed redde ſibi ſudorem quem iecerat. Aqua igitur tota exhauſta & in terram conuerſa, per quoſdam dies in ſuo vaſe ſuper leuem ignem putrefiat, quouſque præcioſus color albus deſuper eueniat. In iſto vaſe apparebunt omnes mundi colores cum humiditas fuerit exiccata; illud

illud quod exiuit ab eo redde ſuper eum donec figatur, & non ſeparetur ab eo per ignem, ideſt, illa nigredo quæ eſt ſeparata a corpore reddatur ſuper corpus ſuum vnde exiuit, & fiat ex hoc vnum corpus.

Morienes philoſophus . Ego Elixir album transformans omnia corpora imperfecta , in veram Lunam. Huius rei pars vna 100. partes Mercurij viui , in Lunam puriſſimam conuertit.



CAPVT XII.

DEalbate Latonem & rumpite libros ne corda veſtra rumpan-

pantur, quia ars noſtra leuis eſt, & leui indiget ſubſidio, Qui dealbauerit me, ille me faciet rubeum. Album enim & rubeum ex vna radice procedunt, quod fit in albo, fit in rubeo. Hoc ſi ſubito videris, admiratio, timor, & terror tibi euenient. Coque, tere & reitera, & ne tedeat, Opus eſt longum & fit per decoctionem longam: Scias quod ſolus flos & lapis de lapide aſſatur. Coque ergo ipſam per tot dies, donec fiat vt marmor coruſcans. Primo dealbabis antequam rubeum facias, quia non datur tranſitus ab extremo ad extremum niſi per medium. Rubeum ex multo albo & puriſſimo nigro eſt compoſitum, Dealba ergo nigrum, & rube fac album, & habebis magiſterium. Quoniam annus diuiditur in quatuor partes, ſic opus noſtrum benedictũ. Prima eſt hyems humida & frigida, Secunda ver pluuioſa, Tertia æſtas calida, & ſicca & rubicunda, Quarta autumnus frigida, & ſic tempus colligendi fructus, & tingens, donec fructum maturum & coloratum afferat, Verum hyems tranſijt, imber

abit, & receſſit, iam flores apparuerunt in terra noſtra tempore veris, ſcilicet ſubter roſam albam inuenimus, Quoniam ipſa fuerunt corpora quoque egra in veram Lunam conuerſa. Igitur cum videris illam albedinem apparentem, & in omnibus ſuperuenientem, certus eſto quod in illa albedine rubrum eſt occultatum, non oportet ergo extrahere illam albedinem, ſed coquere ad rubedinem. Quæritur ab operante paruum ne ſit an magnum noſtri lapidis pretium, ſi dicet magnum deceptor eſt, & querit pecuniam in ſuis vſibus diruere?

Sanctus Thomas de Aquino. Ego ſum Elixir ad rubeum transformans omnia corpora imperfecta in puriſſimum Solem, nam vna pars mei proiecta ſuper 1000. Mercurÿ viui, conuertit illas in puriſſimum Solem.



TAndem exibit Rex ſuo diademate ornatus, fulgens vt Sol, clarus vt carbunculus, effluens vt

cera, perſeuerans in igne, penetrans & retinens Mercurium viuum, color namque rubedinis creatur ex complemento digeſtionis, quoniam non generatur ſanguis in homine niſi prius coquatur in hepate, ſic nos cum videmus mane orinam albam, ſcientes parum dormiſſe reuertimur ad lectum, ſomno autem reeepto completur digeſtio, nam citrinatur vrina, ſic per ſolam digeſtionem albedo poteſt deuenire ad rubedinem, ignem continuando, & noſtrum album ſi diligenter coquatur optime rubeſcet. Vnde vt non candeſcat roſa, ſed luce rubeſcat, tantum ferueſcat, iugiter feruere quieſcat, donec ſplendorem tribuat tollatque ruborem, Candida candorem generat, rubicunda ruborem, Igne igitur ſicco, & calcinacione ſicca coquatur donec rubeſcat vt cinabrium, (cui vt ſatisfacias) nequaquam impones aquam, nec aliam rem, quouſque ad complementum decoquatur rubeum, & ſi per decoctionem completam factum fuerit rubeum, dabit colorem, Solem perpetuum, Hæc materia vocata eſt Adrop, Duenech,

nech, vel Azot, de qua fit talis mèdicina, quia ſeptem dierum ſpatio opus omne comprehenditur, ſepius hoc reitera, hoc bene ſtilla, per ſe ipſum rurſus manet ordo dierum & annorum.

Finis opuſculi Fr. Heliæ de Aſsiſio.

EIVSDEM

Incipit diſpoſitio quæ vocatur liber Saturni, in quo totum conſicitur huius Scientiæ magiſterium.

PRimo moſtrabimus quid eſt res quæ perfici debet, ſecundo quare elicitur ex ipſa re puriſſima ſubſtantia. Tertio dicemus de decoctione cum ſuis cauſis, Quarto de Vaſe quod vocatur Leo, & ſic habes totum magiſterium: Quare totius operis intentio non eſt, niſi vt ſumatur Lapis in capitulis notus, qui vocatur Adrop Arabice, Saturnus Latine intelligitur: Eſt lapis quem Philoſophi cognouerunt, qui habet virtutes ſuper omnes virtutes lapidum, & ſicut docuimus, ipſum pone in vaſe ad ſublimandum, & in ipſo ſublimatur lapis donec in vltima ſublimatione deueniat. Et hic eſt primus ordo, ſeu prima pars, dicit Geber, qui poſuit totam operationem in ſublimatione vulgari. Geber

ber in iſta ſublimatione intelligit omnes operationes ſequentes.

Prima eſt purificatio, vt puriſſimam ſubſtantiam elicias, Secunda eſt ſolutio vt tota materia ſoluatur in aquam, Tertia eſt putrefactio, inquit Morienus, nunquam aliquod natum nec creſcens, nec animatum ducitur ad votum, niſi poſt putrefactionem, & de ipſa putredine, & eius mutatione agit Philoſophus, quod tota fortitudo huius magiſterij, non eſt, niſi poſt putrefactionem, ſeu putredinem, ſi putridum non fuerit ſolui non poterit, & ſi ſolutum non fuerit ad nihilum reuertetur, nam corruptio vnius eſt generatio alterius. Quarta eſt Ablutio, oportet quod iſta res putrefacta, ſordida, mundetur à corrumpente humido impuritatem. Perfecta ablutio eſt quaſi tota perfectio huius magiſterij.

Multi Philoſophi dixerunt cærationem, & bene dixerunt, quia quandiu aqua manet ſuper terram, tanto magis ceratur, & abluitur, vnum, & idem ſunt. Quinta eſt coagulatio, oportet quod aqua deſicanda cum

terra, ad Solem humectetur, & coaguletur, & in pulucrem ſimul vertatur, & ita perfecta eſt coagulatio, aliter autem non eſt calcinatio. Scias quod res calcinata eſt magis apta ad ſoluendum, quam ſi non eſſet calcinata, & eſt magis propria ad fixandam; vnde fuerunt multi Philoſophi, qui dixerunt de calcinatione fixationem, & bene dixerunt, omnes iſte operationes ſunt in ſola ſublimatione. Quare dico, quod qui perficere ſcit fixationem ſcit facere totum magiſterium: Et ſcias quod totum hoc conficitur, in vno vaſe, & in vno furno. In ſola ſublimatione ſunt 7. operationes, & nos poſuimus 7. diſpoſitiones in numero, per quas, quilibet ſi eſt bene intelligens poteſt venire ad perfectionem. Igitur non ſis negligens ad diſcendum mundationes, quæ per ſublimationem perficiuntur. Quando quidem qualis erit mundatio, talis erit perfectio. Modo tibi volo demonſtrare quid ſit ſublimatio, quæ nunquam expoſita fuit per aliquem hominem, Taliter quod tu, & quicumque legerit meum librum plane, & aperte intelliget.

Subli-

Sublimatio eſt eleuatio partium ſublimiſſimarum à partibus groſſis, & eſt ſimiliter eleuatio partium non fixarum à partibus fixis, partes non fixæ eleuantur in fumum, quare oportet cuſtodire ne fugiant, imo cum partibus fixis figantur, & maneant, vt velociorem fuſionem preſtent partibus groſſis, & cuſtodiant à vitrificatione.

Non intendas quod quando facimus noſtram ſublimationem, nos facimus ſeperationem à partibus quę ſuperius eleuantur ab his quæ inferius remanent, imo volumus quod ſimul & ſemel maneant, cum in lapide noſtro poſt primam purificationem, quæ per ſublimationem perficitur, non inuenimus aliquod ſuperfluum vel diminutum. Propterea hoc dicit Geber, & cum ea ſublimatur lapis, donec in vltima ſublimatione ad puritatem deueniat perfectam. Et propterea dicit Geber de ea, quia ſine adiuncto debemus facere ſublimationem noſtram. Et propterea tot ſunt decepti, qui ſublimant cum fæcibus, qui neſciunt quid ſit lapis, nec quid faciunt; ſecundum

operationem earum laborant, & nihil poſſunt cognoſcere de veritate, facta ſublimatione accipiunt calcem quæ ſuperius aſcendit, & proiciunt, fæces quæ inferius remanſerunt, & iterum ſublimant, Aliqui cum fæcibus, aliqui ſine fæcibus iterant ſublimationem 100. vel 1000. vicibus,& in fine nihil inuenerunt de veritate, & hoc eſt, quia in re debita non ſunt operati, & ſublimationem ſecundum quod Philoſophi poſuerunt non intellexerunt. Vide quid dicit Magiſter Magiſtrorum, eſt enim lapis vnus, medicina vna, in quo totum magiſterium conſiſtit, niſi quia in ſeperatione ſuperflua remouemus & hoc eſt in prima purificatione, quæ per ſublimationem perficitur. Iam tibi ſufficienter demonſtraui, quod quando volueris facere noſtrā ſublimationem, nihil addas in lapide noſtro vel minuas, imo cum tota ſubſtantia ſua in vaſe ponas,ſicut diximus in prima diſpoſitione, & claude firmiter cum luto ſapientiæ ne reſpirare poſſit, & pone dictum vas in furno, & coapta cum cineribus ſubtus vas, & cineres ſint bene, &

fir-

ſirmiter compreſſæ, duæ enim partes ſint diſcoopertæ ſuperius, tertia vero inferius cooperta cineribus. Et hoc facto, pone ignem in furno, & fac quod tota materia ſoluatur in aquam, poſtea rege lento igne donec maior pars in puluerem nigrum vertatur, quod fiet ſpatio 22. dierum.

Modo factæ ſunt iſtę operationes, ſcilicet ſublimatio, ſolutio, diſtillatio, deſcenſio, putrefactio, ablutio, ceratio, congelatio, calcinatio, vel ſeparatio. Philoſophi inde fecerunt multa capitula, quia de qualibet operatione ſuperius dicta fecerunt vnum capitulum, vt ſcientia eſſet magis abſcondita ad intelligendum. Quia quando lapis noſter eſt in vaſe noſtro, & materia ſentit ſolem noſtrum incontinēti ſoluitur in aquam permanentem. Iſta aqua aſcendit in altum in capite vaſis, poſtea deſcendit vſque ad fundum vaſis. Et ſcias quod materia aſcendit per fumum, & per ventum, ideo Philoſophi videntes iſtam materiam aſcendere, & deſcendere fecerunt conſilium inter ſe quomodo nominarent iſtas ope-

rationes, & fuit opinio eorum, quia aſcendebat per fumum fecerunt capitula de ſublimatione, poſtea videntes materiam deſcendere ad fundum vaſis, quæ vertebat ſe in aquam exiſtimarunt in cordibus eorum, & fecerunt ſecundum caput nempe ſolutionem. Item videntes talem aſcenſionem, & deſcenſionem conuerti in aquam, dixerunt quod ibi erat diſtillatio, quæ eſt tertius modus, & deſcenſio, quæ & ſimiliter quartus modus, & hoc videntes inſpiſſari, & conuerti in terram nigrā, & quod iſta inſpiſſatio primo ſtabat ſupra aquam, & ſic paulatim inſpiſſando viderunt terram ſubmergi in aquam, & ſtare in fundo vaſis ſubtus aquam, quæ erat terra nigra, & fæculenta, quæ in diebus 22. fit, exiſtimarunt iſtam operationem, quæ eſt quintus modus, putrefactionem. Item adhuc plus videntes terram nigram fæculentam ſtare ſubtus aquam per longum tempus in ſole noſtro, dimittere colorem nigrum, & fætorem malum, nominarunt ablutionem. Vide quid dicit Morienus, ſcias quod totum noſtrum magi-

giſterium nihil aliud eſt, niſi extractio aquæ a terra, & huius aquæ dimiſſio ſuper terram, donec ipſa terra putreſcat, hæc terra putreſcit, & mundificatur. & cum mundificata fuerit auxilio Dei totum magiſterium dirigetur, & eſt ſextus modus. Adhuc plus videntes Philoſophi terram ſtando ſubtus aquas creſcere, & aquam diminuere propter deſicationem temperatam, dixerunt omnes ſimul, quod hoc erat perfecta ceratio, & ſic erat ſuum proprium nomen. Vnde Philoſophus ait, terra cum aqua putreſcit, ceratur, & imbibitnr, & per temperantiam Solis deſiccatur, & in terram vertitur tota materia. Vnde dicit Philoſophus, hæc eſt vis integra, ſi conuerſa fuerit in terram, & hoc eſt ſeptimus modus. Item adhuc videntes Philoſophi quod tota materia reducebat ſe in ſolidam maſſam quę non fluebat, imo ſtabat ſtricta, dixerunt quod erat vera, & perfecta congelatio, prout hic dicit Philoſophus. Soluite noſtrum lapidem, & poſtea congelate in terram, & hoc cum magna cautela, ſicut iam demoſtratum eſt,

eſt, & habebitis quaſi totum magiſterium, & hoc octauus modus appellatur. Vnde quod dicit Plato, Accipe lapidem noſtrum firmiter clauſum, & aſſa igne leui donec conſtringatur, poſtea coque ad calorem Solis donec congeletur. Et ſcias quod totum magiſterium nil aliud eſt, quam facere ſolutionem, & perfectiſſimam coagulationem. Vnde Philoſophus ſoluite, & congelate. Et ſic ſcietis totam operationem, & totum magiſterium. Item adhuc plus videntes noſtram materiam congelatam, & inſpiſſatam, & propter maiorem decoctionem Solis venire ad perfectiſſimam deſiccationem, & ſimiliter quia albedo erat ſupra omnes albedines, exiſtimarunt materiam noſtram eſſe calcinatam, & quod erat perfecta calcinatio, & hoc eſt capitulum nonum, nonus modus. Et quia ſicut nominatũ eſt ad eum finem peruenere. Idem voluimus c. 9. huius libri completum medium, & finem breuiter monſtrare, & in ſummam contrahere capitulis diſperſum magiſterium. Vt ſcientia ab intelligentibus clare intelligatur, & aperte,

te,& ſimpliciter cognoſcatur,& quod ſcientia vera eſt, & quod in illa totum magiſterium moſtrauimus, & vt melius & facilius quilibet addiſcere poſſit noſtram ſcientiam, voluimus monſtrare materiam noſtram Philoſophicam, & nomina corporum metallorum.

Sit nomen Dei noſtri Ieſu Chriſti cum Patre, & Spiritu Sancto Benedictum in ſæcula ſæculorum Amen.

EIVSDEM

Saturni Triſmegiſti ſequuntur alia notabilia pro opere lapidis.

NOta quod quando videbis materiam aquam fieri, & in aere ſublimari, tunc factum eſt vapor totum, quare tu debes igne mediocri in vaporem pluries ſublimare vt inſpiſſetur aere, vt poſſis venire quo vita conſiſtit, in vapore ſublimare. Tamen cauendum eſt ne accendas ignem tuum, quod aqua aſcendat in ſummitate vaſis, quia ibi adhereret gaudens refrigere, quia quando aſcendit per violentiam, non deſcendit abſque violentia. Itaque ſit ignis lentus, quod totum aſcendat, & deſcendat libere, ſine vaſis leſione. Et ideo niſi corpus igne & aqua attenuetur quouſque aſcendat vt ſpiritus, nihil fit, quia aſcendente in aerem, naſcitur, & in aerem vertitur, & nunquam ſeparantur vnum ab alio ſicut aqua mixta aquæ. Vnde ſublimatio fit tribus de cauſis. 1. vt corpus

pus fiat ſpiritus. 2. vt ſpiritus incorporetur cum corpore, & fiat vnum. 3. vt omnia fiant alba & munda, & vt ſalſedo ſulfuris minuatur. Item notandum eſt quod oportet ignem noſtrum eſſe omni tempore leuem, donec copuletur in lapidem, & totum fiat aqua. Item nota, quod eius effectus conſiſtit in regimine ignis, cum igne retinetur volatile, & cum igne iungitur anima corpori, & cum igne fit copulatio noſtra.

Item nota, quod calcinare nil aliud eſt, quam deſiccare & in cineres vertere.

Item nota, quod ſpiritus & anima non vniuntur niſi in albo colore. Item quod calor lentus agens in humidum, operatur, & generat nigredinem, deſiccat humiditatem, & tollit corruptionem. Vnde ſi noſtram ſcires perfecte prolixitatem coquendi, ſuſtineres, modum inuenires. Item notandum quod putrefactio nihil aliud eſt, quam mortificatio humidi cum ſicco. Item nota, quanto magis coquitur tanto magis exſiccatur & dealbatur. Tertio quanto magis coquitur, tanto magis pu-

ri-

rificatur. Item multi colores ante albedinem apparebunt. Et ſi male regatur ignis, non videbis colores, & flebis laborem, quia neſcis in quo gradu ignis ſit moderandus, niſi per colores in opere apparentes. Vnde colores oſtendunt, quomodo ignis primario ſit regendus. Item in opere, ipſe ignis in ſolutione & coagulatione ſit paruus, in ſublimatione mediocris, & in rubificatione fortis. Vnde quanto magis variantur colores, tanto magis ignis continuandus eſt lentus, donec perueniat ad albedinem. Et tunc non eſt timendus ignis, eo quod ſi fieret vehemens, fieret rubrum ante tempus, & nihil valeret. Et ſi ignis leuis & moderatus fuerit, opus deduces ad albedinem, & bene erit. Et cum fuerit ad album bene rexiſti, tunc ſine periculo poteris accendere. Item notandum, quod lapis poſitus in vaſe noſtro, quando ſentit calorem, immediate ſoluitur in aquam.

Et ideo Philoſophi, quando materia iſta aſcendebat, & deſcendebat, vocauerunt ſublimationem. Et iterum deſcendebat, dixerunt

di-

diſtillationem, & quando viderunt terram ſubtus aquam, vocauerunt corruptionem, & quando viderunt mutare colorem in fætorem, vocauerunt ablutionem. Et quando viderunt terram diminuere ſubtus aquam propter decoctionem, dixerunt quod erat ceratio. Item videntes, quod tota materia vertebat ſe in maſſam ſolidam, vocauerunt congelationem. Vnde ſcias, quod totum magiſterium nihil aliud eſt, quam perfecta ſolutio, & perfecta congelatio. Item videntes quod nigredo veniebat ad perfectam albedinem vocauerunt calcinationem. Item multi fecerunt multa amalgamata, & nihil valent, quia non habent notitiam veræ materiæ, quæ eſt medium inter minerale, & metallum, ſcilicet inter metallum, & argentum viuum; quia materia vnius, non poteſt conuenire cum corpore alterius ſine medio: & ſi haberent notitiam de medio, qui eſt ſpiritus, omnes operationes eorum eſſent ſine expenſis. Item nota, quod ſulfur eſt pater, quia ſubſtanria eſt agens, digerens, & Argentum viuum eſt mulier, quia eſt

ſub-

ſubſtantia patiens, & argentum viuum eſt menſtruum in ſubſtantia embryonis coagulans, & ſulfur ponitur in argentum viuum. Item decoctio iſta & ſubtiliatio debet fieri per longum calorem, & ſimilem calori gallinæ ouum cubantis. Primo fit nigrum, ſecundo album, tertio rubrum. Item nota cap. 4. de materia lapidis, quod totum eſt vnum. Simplex, vt totum idem ſit, ſunt duæ materiæ, quia vna eſt ſpiritualis, alia vero corporalis, quæ eſt, quod fuit ille lapis, coniungitur naturæ ſpirituali, omnia quæ inter ſunt, ſunt apta ad generandum. Exemplum: Infans ſtans in matrice tribus menſibus in obſcuritate, in calore & humiditate; ſic opus noſtrum in humiditate erit bene putrefactum, quia putrefactio nihil attrahit à corporibus. Item dicit 5. cap. 3. quod principium huius magiſterij eſt ſublimare, ſublimare vero nihil aliud eſt, quam corpus conuertere in ſpiritum, & in aquam. Et hoc eſt vnum ſecretum ex maioribus.

De generatione metallorum.

SCio quod aurum, & argentum, & omnia metalla in terra naſcuntur ex fumo ſulphureo agente in aqueum humidum & aereum, quod eſt argentum viuum, terendo, imbibendo, aſſando, & ſiccando, ducendo, comprimendo, vniendo, componendo, ſubtiliando, & hoc toties iterando, quouſque ad vltimum purificationis, digeſtionis, & decoctionis auri deuenerit. Et iſte modus in mille annis, ſecundum dicta ſapientum, aurum facit, quod ars in anno, menſe, hebdomada, die, vel hora facere poteſt. Verum iſte modus quo fit aurum hic eſt. Aer liquefit & fit ros ex frigiditate ſummitatis Lunæ, & Stellarum, & cadit ſuper terram ſulfuream, & ex caliditate mineræ ſulfureæ ingroſſatur, & fit aqua viſcoſa, quæ dicitur argentum viuum, iſta aqua miſcetur cum minera ſulfuris, adueniente pluuia mundatur, ſubtilia-

liatur, imbibitur, & aduenientẽ Sole deſiccatur, & reiteratur imbibitio ex pluuia, & deſiccatio Solis, & caliditas mineræ ſulphureæ, & ita ſubtiliatur, mundatur, & vnitur quod aurum reſurgit puriſſimum, & quia ex aqua purificatur, non læditur ex aqua, & quia ex calore Solis, & Sulfureæ mineræ calidiſſimæ generatur, non lęditur ab igne, & quia minera ſulfuris terrea eſt, & in terra gignitur, non læditur à terra. Arte tamen læditur, & calcinatur. Item ab externo nata eſt minera terrea ſulfurea ita quod ab humido radicali, & calido egrediatur color citrinus, qui confortatur ex calore Solis; Poſtremo adueniente pluuia per tempus & tempora, naſcitur quoddam oleaginoſum terreum quod nominatur Sulfur, adueniente rore fit aurum vt dictum eſt. Cauſa incorruptionis auri, pendet ex æqualitate elementorum. Colorem citrinum habet à minera ſulfurea, & ſplendorem, & decorem à puritate, Ponderis excellentiam à

ſub-

ſubtilitate, & puritate partium, ex quibus conſurgit vnio vltima, & coniunctio, & perfectio.

FINIS.

i u . i e u a o
e u a o i
u a
a o
o . i

s a s i u   r a b
A s i u s   e b e
s i u s a   b e t
i u s a s   e t a
u i s a s   t a b

s a t o m   s o l u m
q u e j o   o l u m l
t e n e t   l u
o g e v a   p a t i s
s o t a s   a t a s i
t a s h t
i s o t a
s i t a s

Schinkyre

2017-B94.

2/8